Vocibus his taclis, lustratorumq; tumultu
Urbari dudum obfessa de sede tyrannus
Lucifer extimuit, regnoq; excludier orbis.
Nam longo uatum monitis iam percitus æuo,
Ictatisq; Sibyllinis, uertentia sæcla
Atq; Deo addictos homini, dignouerat ortus,
Qui terræ regat immensum, cœliq; tribunal.
Quare illum instructa fidens indagine uecors;
Sit ne Deus tentans: nam tunc iejunus agebat,
Conditione hominis procul, et mortalibus auris,
Ad decimam quater usq; diem contentus cremo:
Commentus pietatem amplam, et præfatus honores;
Talibus alloquitur. Non ne es tu missus ab alto?
Non ne Dei natus, uerbo qui singula poscis?
Qualidior certè palles, ieunia et ista
Longa nimis, cur non tete miserabere tandem?
Cur patiere situ uinci, macieq; relabi?
Dic age, dic quæso, hos lapides, resq; ipsa sequetur,
In panes uerti, merita in conviuia fesso,
Ecce tam sera Deo obliterint tentacula frugi,
Monstrabatq; illi silices temerarius, audax.
Et quando non sufficere hoc in commoda uitæ,
Atq; ex ore Dei manantia uerbare requiri
Ensi set, nec adhuc certus uotij anxius esset:

C

Quid

Q uid non fert bonus omnipotens, pia dogmata nobis
 I nstituens, ne mens fastu nostra ambiat ullo?
 D eferri patitur summa ad fastigia templi,
 N ec tamen ostentata illi est diuina facultas,
 D elapsu tuo cœli subeunte cohorte:
 C um fatuè nil sit tentandum, ausū ue procaci.
 D elusus totiens dolet, & tam turpe repulsus:
 V nde odij ferus antiqui, & memor antè malorum,
 D ecertare etiam domino, & contendere perstat,
 O bdurans scelere in magno, quo perditus olim
 C œlesti de sede ruit, religatus & orco est.
 T entamento igitur supremo ipsum inde relatum,
 I mposuit usq[ue] præcelso in uertice montis,
 M undana & regna hinc lustrans, sicut omnia dixit
 O spectate hominum iuuensis, cura unica nostra,
 H ac tua, si numen nostrum ueneratus adores,
 P rocumbasq[ue] humilis nostras accinctus ad aras.
 T um scelere hoc sanctas prorupit Christus in iras,
 T am temere patrios tangi non passus honores,
 H incq[ue] abeas (inquit) Sathan, tecq[ue] abde barathro,
 S ic ne tui hec audes iterum sera crimina casus?
 A n nescis quod tam sacri reverentia cultus
 D ebita sit tantum cœli dominoq[ue] Deoq[ue]?
 S ed te mox, i monstorum eribi, fuge p[er]fime rerum.
 P eritiusq[ue] sic detrecto sibi conscius astu,

Iam

I am certus, qui nam ille esset, nec numinis anceps.
 F igit, & horrende frendens, cursuq[ue] citato
 E xiliens: dicas ferro candente repressum.
 T unc domino iam præsentes à Patre ministri,
 Q ui bello extremo affucrant, iræq[ue] minaci,
 E tturpe electum agnatum risere rebellem,
 D e cœlo allatam ad mensam famulantur edenti:
 A tq[ue] Dei sacro intuitu, affatuq[ue] fruuntur.
 P osquam autem est exempta famæ, & mensa remota,
 G randibus insistens coepitis, celebriq[ue] triumpho,
 A ltisona iam uoce palam, uitaq[ue] magistra,
 I uidaic & damnaturus mendacia turbæ,
 E t scelera & fraudes: hinc primum in templo Capernaa
 C hristus abit, capti⁹q[ue] affinis dogmata firmans,
 P eniteat iubet, & caueant à crimen fontes,
 E t meritas obeant ultro ob deliquia penas,
 C um noua lex instans iam cœli claustra relaxet
 H is tantum, quos cura Dei & benefacta fatigant,
 Q uise odore ipsos tantum, in cœlestia dulci,
 N ec tamen immemores iunctorum in nomine fratrum,
 I llus non minus ac sece tutantur amantiq[ue],
 I usticia sic ditanti, & pace auspice sancta.

T alia contendens, corda in durantia fertur,
 C astigatq[ue] indignantes, & territat ira,
 Ac ternosq[ue] malis ludus, ignesq[ue] minatur.

N e'ue negent hæc ferre Deum; sponte obuius ægris,
 D æmone siue furunt, luxo seu corpore languent,
 A ctutum imperitans Furijs morbisq; medetur.
 M iranturq; stupentq; omnes, turba afflit ingens,
 E ttanta insigni exorant pietate morari.

I sta Tyberiades primum attentantur ad undas,
 S æpe ubi commonitos tum forte in littore inani
 V erticula Andream annoso cum fratre trahentem,
 E t Zebedæo ortos geminos, Salomeq; marita,
 C orripuit, danda alto instans uaga retia ponto,
 P ifcatu si mens illis ditarier amplio.
 H æc fando, simul applicata se in puppe locauit,
 P tiubet in pelagus solui, iustumq; profundum.
 N on minus hinc tamen effuso de gurgite gentes
 I nstituens, mox Heus, (inquit) maioribus ausis,
 E t maiore opus est tractu, maioreq; nisi,
 O bone, sed non docte senex, satis artibus istis,
 H ic moneo, hic maculas laxes, funesq; solutos,
 N ec pigeat iam me rete exoluisse magistro.

S uccinctus peragit senior mandata Tonantis,
 E narrans noctem insomniem, uacuosq; labores,
 I actat et excipulas: tum nec mora, sentit ad ima
 C ompleri maculas, et multa prole grauari.
 M iratus numerum tantum toto æquore uerti,
 N ec securus opis fraternæ ad pondus inæquum

Vocē

V oce hilari errantes socios de morte citatos,
 I n commune vocat lucrum, quefitaq; uota.
 A ccurrunt alacres fratres, tentisq; lacertis
 R etibus innixi presso se poplite firmant,
 V iq; acri ingeminant tractus, coguntq; subire
 I ngentem in sumnum pelagi magno impete praedare.
 I gnescunt omnes, cunctis it corpore sudor.
 C orde senex infracto instat, iuuenesq; coercet.
 H eu pudeat, durate uiri: tu commoda frater
 T erga oneri defer, subit ille, in collaq; onusta
 I nnitens, junctis ratibus conamine magno
 I ntrusit molem: tremuere ad pondra cymbæ.
 A uersas urgente minus tractu ille iuuens,
 V iq; minore antrum subiisse coëgit opacum:
 N ec nisu maiore grauem, nec robore tanto
 T erripedem Alcides Anthæum à matre reuulsit,
 N i modo ni uanos referant græca ausa labores.
 F ida Tonantiades dudum sibi pectora lecta,
 N on cessisse oneri gaudens, gratatur anhelis.
 A t Petrus ingentis facti quem cura recursat,
 E t cui iam commota pios mens feruet ad æstus,
 A nte pedes fuis Christi, in lachrymasq; solutus,
 H eu Domine, heu unde immensa hæc est gratia nobis!
 C ymba humiliis nostra est, nec tanto remige digna.
 N os uitam meriti duro tolerare labore,

C 4 Crimine

Crimine pro nostro, nos tantum ut sordida tangunt.
Quod nostrum est, sine nos patrias has nare plaudes.
Tu Deus es, tu rerum opifex, tua regia cœlum:
Cœlum adeas, nos sorte data uixisse decebit.

Ista Simon, reliqui in pisces & retia uerst,
Non minus ad manifesta tamen miracula mussant.
Et pendent senis ad lachrymas, humilesq; rogatus.
Omnipotens tacitum cunctis instillat amorem,
Et blando mox alloquio sic dulce profatur.
O dudum mihi lecta uitrum præstantia corda,
Iam maculas & tempus adest has linquere lyntres.
Quid laudis uerstra hac tandem speratis in alga?
Quod lucrum? cur non leti post me ocyus itis?
Dicitis & piscari homines? commenta monebo
Ipse nouasq; artis, alia est uectanda carina
Patre tibi, uobisq; aliud iam rete trahendum.
Tum prout, assimus en omnes, tibi credimur ulro,
Te sequimur, iussisse tuum est, mora nulla retardet:
Litore & excepti, Zebedæo cuncta resignant.
succedit turba, in prædam remorata relictam.
Ipse abit, unanimes cuncti comitantur ouantes,
Bethsaida presertim orti, accedente Philippo.
His cum uicinas oras, & proxima lustrat
Litora, nec uacuas Galilee deserit urbes,
Hortatu officijsq; pijs in iussa paterna.

Ad pie-

A d'pietatem amplam stupidi, manifestaque mira,
De cœli socij assiduas animantur in horas,
Et magis ac magis efferuent in dulcia uota:
Pserudes molli applausu moderatur habenas.
Compositi surgunt mores, nil iam nisi sanctum
Audent, nec præceptorem spes agnita fallit.
Extera quæsita ut longo sunt oppida cursu,
Maternas reuocat dcmum se Christus in ædes,
Iure etiam altrici terre indicturus honores.
Hic, quanquam dulci nato, socijsq; reuiris
Gauderet Dea, facta illis latè obuia uultu,
Vt seruabat adhuc memori sub pectore manus
Coram ipsis sibi collatum inter prandia quondam,
Versa oluit quum lympham merum, mirante ministro:
Tamenq; pio intuitu propera hunc sua gloria uenit:
Mente patens tamen, & tacita magis anxia cura,
Omnibus impensi unigenam commendat amatum,
Precepit super hoc lachrymans hortata Ioannem
Dilecta Salome natum, atq; etate propinquum,
Præq; alijs geni o placitum, nec sanguinis ullo
Vinclo, illi iniunctum tamen, ut defertur inane.
Ergo humilis Galilæo instat, cui plurima fando,
Oppressi retegit causas confusa doloris,
Quoq; pauet tristis properantia tempora fati.

Vix ea finierat, casu quum territus heros

C 5 Ettaet

Et tacitus moerore Dea, trepidusq; periclo
 Contremuit, quale arbustum occurrantibus Euriis
 Nec lachrymis caruere genæ, ingenuitq; dolenti.
 Et quoniam euentus cupidam cuiusq; moneri
 Audierat, tantumq; sibi hoc mandarier uni,
 Omnia facturum actutum, pacatusq; fidem est.
 Interea exierat taciturnus tecla Magister,
 Quod uigil aduertit Genetrix: comes ergo futurus,
 Abscessit, domine ploranti leta precatus.
 Verum ecce officio incumbens, patriæq; saluti,
 Iam medio in confusu astans, populiq; corona,
 Codice tum clauso, Christus lectum intonat illud
 Iuino monitum antiquis de pectore uatis.
 Spiritus est in me domini, uos alloquor unctus,
 Impartire bonis missus coelestia regna:
 Qui ueni saluare humiles, et corde quietos.
 Qui ueni bellare hostes, et reddere praesto
 Captiuis libertatem, cæcisq; uidere,
 Temporis admonitor grati, precijq; propinquui.
 Hac tonat hincq; sedens populis mirantibus inquit,
 A uribus hec de me scripta olim admittite uestris,
 Præcatæ mentis gentes, animiq; quieti,
 Qui refero è cœlo lumen, quo gratia cornu
 Se omnis fundit pleno, quo uita suborta est.
 Perpetuumq; uirens decor, et mors occubat atra.

Tunc

Tum uero insanus dictantem talia damnat
 Iuuentum furor, et mala mens sibi conscientia secta:
 Non ue hic Iosippo genitus: non ne imcola noster?
 Unde audet se ferre Deum nisi omnia iactat,
 Et tot mira potest, quod facta ad stagna relatum est
 Et Gennezeareas ripas, et in urbe Capernaum.
 Hec cur non agit et nobis: cur illa negat?
 Non ostra urbi, cui ceu patriæ pia commoda debet?
 Obijciunt hec uasani, et malegratus habetur.
 Nec pauci historias referentem, et mystica sensa,
 Israbelisq; domos uiduas, frustraque gementes,
 Vixq; olim saluum Naaman è millibus unum.
 Exempla inuidiae, sua et unde opprobria norint.
 Excurgunt indignantes, ut patria nulla est
 Grata suis, sanctæ magnis: et mœnibus urbis
 Uectum fuit ellato in culmine montis,
 Recipitemq; inhiant misero de rupe ruinam.
 I modo tu, facilisq; tuis impende fauorem,
 Et prodeesse uelis: merces ea debita Christo est.
 Pro uitæ quæsita illis, huic fata minantur.
 Sicut ille hoc de more uenit, stant improba damna
 Pro meritis, nunquamq; bonis par gratia fertur.
 Hac turba intentat, medius perlabitur illos,
 Nec timet attonitos, et uti personna pressos
 Ignaros quid agant: iterumq; Capernaum uisit

Delubra,

D elubra, illæsus, legemq; edifferit amplè
 D iclatam, pronè arrestas præbentibus aures.
 F initimos iam tum crebrescit fama per omnes,
 A d laudes Syria extota migratur honoras.
 M inquit pia corda uirum, mentesq; refusa
 A ffatus sacros, uis unde in singula præsto est.
 P recipue stupuere tamen, laudesq; dedere,
 A ntè reluctantem uidere ut dæmona pulsum,
 E tuclitas cecidisse manus, domitumq; furem,
 C entinuo incolumi, penitusq; superflite saluo.
 H is in templo actis, nulla ut pia perditur hora
 P resago, celer hinc sese mouet, et senis aedes
 I ngreditur, cui forte socrus tunc ægra iacebat:
 O currit nata intranti, supplexq; parenti
 O rat opem, atq; ignes abigi, reddiq; salutem.
 N on mora, uanescit febris, mandante Magistro:
 I ncolumisq; exurgit anus, nec segnior instat
 N atæ, epulisq; onerat mensas, Dominoq; ministrat.
 E micuit latè domus ad sibi protinus ortum
 N on prius inspectum lumen, tanti hospitis ergo:
 C eu tubar ad solis subitum latè emicat aër.
 H uc urbe ex tota adducti, uicoq; propinqui,
 A rtibus aut ægri luxis, uel lumine cassi,
 C orpore uel lacero polluti, aut mente relapsi,
 E uafere omnes ualidi, ferus ipse coactus

Lucifer

L ucifer oppressos et linquere non sua membra;
 S ponte Deum cum his coram Dominumq; fateatur.
 L etanturq; stupentq; omnes, sed præ omnibus actio
 S idere qui iam profiliunt, et dænone pulso,
 Q uas illi possunt grates, et digna rependunt.
 V ocales recinunt muti, cantusq; frequentant:
 E x urbe, e q; lacu resonat sua gloria Christo,
 I pse nec ingratus succedit ueffer olymbo.
 P oflera ut illuxit Phœbæ sideris aura,
 E t terris rediuita dies exorta beatis,
 A rripere inde alias iter ille occœpit in oras,
 E t pariter cunctis intentam afferre salutem.
 E t quamvis multi attentent, passimq; subiungit
 V t maneat uerbo affecti, et deitate uigenti,
 N on aliquo tamen hortatu precibus uero mouetur.
 N unc ambit Galileam iterum, nunc subdita regna
 I mperio Solymarum acri, et nocuisse farenti:
 C huza ubi conualuit coniunx, ubi dæmonas urget,
 M agdalena et linquunt septena in criminu monstra:
 M agdalena mox tam gratam, tamq; usq; fidelem
 S ervitio in iugi, que prima assata revium est.
 H oc cursu non infelix Betheeda relicta,
 L anguentumq; lacus diues, lenteq; salubris,
 E t qui terdecimo atq; octono torpidus anno
 L arquerat, surge ut dixit, surrexit, et iuit.

Interdum

I nterdum uadit ad ripas Iordanis amatas,
 O mnibus implorata salus, et gratia praefto est.
 S exalios hunc per tractum uariumq; rotatum
 D eligit ipse sibi in comites, parere paratos,
 P rstantesq; uiros oimnes: nisi proditor ille,
 D edecus et tanti coetus infamia sola,
 F oedasset numerum egregium tam criminis diro.
 V entum autem interea per amoeni collis ad imac-
 T um pressus turba ingenti, magnoque tumultu,
 V ndenis ductis culmen confendit in altum,
 S acra quibus coram instituens primordia cultus,
 V t sedit blando effatus sic incipit ore:
 I ntenti expectant omnes, atq; auribus haerent-
 P rincipia et longe est hominum fors illa beata
 Qua se substituunt humiles, fastu procul omni:
 P auerpitate etiam ultro obita melioribus ausis.
 Q ui luctu pulsi, insano et ui legis inique
 L etitiam sperant olim, ac probitatis habenas.
 Q ui confortantur miseros, et corde renident,
 N ec nisi pacem orant, quos nulla aduersa reclinant.
 Q uiq; Deo iniunctis animis, nullo impete quassi
 C onstant, alpino ueluti sint uertice cautes,
 I nconcusse Euris, et nullo turbine motæ,
 H i, magni et dites tandem per gaudia leta
 A eternum saturi, diuinæ ad pocula mense

fr-

I nconsumpta Dei obtutu alloquioq; fruentur
 T um rerum domini, et dignati sedibus astris.
 V os itidem tunc foelices, uobisq; futuræ
 I n celo merces preciosæ, et scenore multo,
 Q uum mundana odia et sellis conuicia plena,
 M entitiq; dolii incessent, falsoq; retundent
 M e propter temereq; meæ facia inuidia laudis,
 Q uod saecula infensa in uates sunt sueta fideles.
 V os, saluos estis per me Sapientia terræ.
 A h ah ne sitis fatui, ne fabule inane,
 V os lux, uos mundo expositi in spectacula magna.
 N e benefacta, et lux uestra interclusa recumbant,
 I mō agedum, uestra h.ec omnes uideantq; probeniq;
 M ox sapidi, mox non atra caligine presi,
 V nde Deo sua sit soli laus inclita patri.
 Q uando autem nōdum est uobis consulta fatis mens,
 N ec satis est meruisse olim, sed oporteat ultrâ
 C auisse, et nullo se contemnerasse nefando,
 A cci pite h.ec, uegeta et prorsus resipiscite mente.
 L ex Moysi dictata prius, mansura superstes,
 D um cœlum stabit, dum fundet germina tellus,
 H aud soluenda mihi est, qui ueni efferre iacentem:
 Q uim prorsum intacta, et liuentis nescia morsus
 S eruanda est nimirum omnis: quiq; improbus illam
 A ut maculare aliqua andebit, uel parte secare,

Quæ

Quae phariseorum impietas et auara libido est,
Ab tum, tum penitus miserum, fatigq; maligni,
Qui caelo infante abscissus, caelo exulet usque
Ae ternum adductus Furijs, tristiq; Geennæ.
Pro rorsum igitur supplenda manet, paucimq; monenda,
Si modò, si uobis cœlum & cœlestia curæ.

Iure quidem sancto scelus est occidere quenquam:
Sed nec fas temere irasci, dureq; reniti,
Vicisci ue indignantem, aut odisci nocentes,
Est memorem offensæ dilatae incumbere poenæ:
Quando pijs etiam officijs teneamur in hostes,
Vel si coniurent in nos, ac dira facessant.

Est iurgasse nefas: hominum sed & impius ille est,
Qui sua, cui debet, non æqua lance resignat.
Hoc porrò assiduis uinculis, et carcere tetro
Plectendus, quem nulla inquam satis ira satiget,
Donec in integrum pro nomine dama repandat.

Non modò non fas mœchari est: sed adultera & ipsa
Reddita mens, uel solo obtutu, obnoxia poenæ est.
Quare agite, atq; oculum præstet, uel perdere dextram,
Quam molis sit summa omnis turpi oblitæ culpa.

Olim etiam indici audistis diuorta nuptis,
Et nulla improbitas non castigata relicta est:
Verum ea lex tantum mœchas, et fornice dignas,
Ecclhalamos tangit castos, lectumq; pudicum,

Imo

Item inquam, si qua est merito, uel forte repulsa,
Nulla nequitia, fidei nec foedere rupta,
Non homini hanc alia licet ulli nubere teda,
Non pactos uiolare thoros, pro missaq; iura,
Ecclhalamis fas inde nouis haesisse maritum.
Ambo etenim peccant, & adulter factus uterq; est,
Mutua ut his tantum & promiscua sanguinis est lex,
Vna eadem & caro sunt, uno illo in uelle iugati,
Si presente Deo: quos non sciungere sit fas,
Ulla nec in terris concessa licentia tanti.
Imisisse quidem castam illaudabile semper,
Ecclhalici torquenda secus sententia Mosis,
Qui tantum minus unum alio est damnabile crimen,
Litera ne ue ideo tamen est admissa uoluptas.

Hoc cita sunt: unde hi longè prestantius audent,
Qui se ultro eunuchat, maiora in munera nixi: (sunt.
Quanq; hoc paucorum est, neq; enim omnes omnia pos-
Pelerat infelix exlex, declinquit & ille,
Qui stulte & nullo iuris discrimine ductus
Per caput ipse suum, per terram & sidera iurat,
Cum propè sit nihil, cui subsit nulla facultas.
Non ne sat est si sis uerax, est dicere, non est?
Arbitrio legis cautum est, pacisq; severa,
Daberit dentem denti, pro lumine lumen.
At monco, ne uos tencat tantum effera cura:

D

Imo

I nō malis estote boni, nocuīs q̄; benigni,
 E t mitis sibeat preſto tolerantia uindex:
 V eſtra nec ia quenquam ſit mens auerſa petentem.
 O ffenſam benefal inuit, bona uerba repellunt
 urgia, & acre odium mellita oratio tollit.
 S cilicet hoc ſummi eſt imitari geſta parentis,
 Q ui ſoles ſinit effulſiſſe bonisq; malisq;,
 Q ui pluuijs pariter demifſis irrigat omnes:
 E quid enim egregium eſt uel quanta laude meremur?
 S i proni ſumus in gratos, qui munera reddunt eſt
 S i ſua ſit meritis merces? ſi p̄em̄ia digna eſt
 E ft uirtus, eſt eximium facinusq; ſuperbum,
 Q uo ſacra inſignes lauri dominamur Olympo,
 Q uum precibus blandis, & ope officiosius ampla-
 V eſanos hofteſ, inimicq; caſtra ſouemus.
 S ancte hæc ſic conſtant: at detestabile & illud,
 S i quis uel nudo numum uel pallia donat,
 A ut peragit quid tale pium, ſeu pronus adorat,
 Q ua clām debuerat, tacito nec credit operto,
 Q uo ſoli credenda Deo, qui talia curet:
 E t tantum illa palam, & mundane applauſibus auræ,
 E t facit, et iactat: non' ne huic mercedis abunde eſt,
 H ic tumor? hic fastus? tam iactaq; gloria uulgo eſt?
 T utum igitur, elandefinē hæc ſoluiffe Tonant;
 C ui nihil ocluſum, qui diuite ſcenore reddit,

Quemq;

LIBER SECUNDVS.

Quemq; humiliuuat atq; breuiſiſ uoce rogarī.

O pater, ô cœli cultor, cui laude canendum eſt
 N omen honoratum, ſancta tua regna recludas,
 V elle tuum tamen ut cœlum ſic terra frequenter.
 D a noſtrum da panem hodie, in coniuicia nobis,
 M iſſaq; fac ſcelera hæc noſtra, ut dimittimus & nos
 D ebita deuinclis nobis: adiſaq; benignus,
 N osq; intentatos ſeruas, noxa procul omni.
 T u potes, & regni eſt omnis tua gloria ſummi.
 S ic porro orandum eſt: & dimiſiſſe neceſſe,
 O blita ſi modò, ſi uultis, deliquia ueſtra:
 N ec nouit mercede alia pater ille moueri.

I nſuper id moneam: quum ieiunabitis olim,
 N e treticam ſimulate animam, aut apllete cumino,
 V ulgi aura traxti inſana: nam tum irrita cuncta.
 S inceris agite hæc uotis, pulchreq; nitentes.
 N am ſatis hinc ſpeculatori placuſſe ſuperno,
 S implicitas quem culta mouet, quem fallere non eſt.
 Q ui mensa non conſumpta hæc ieiunia paſcit,
 Q uicq; itidem fidus cuſtos ſibi credita ſeruat,
 V el ſi clām preciosilli ſint dona reprobati:
 E t tunc nec tinea, patent' ueraria furi.
 H uic oculo intenti uigili, nec lumine probre
 S ecuras omni in cura ſpes crediti uoſtras.
 A tq; ut non datur æquè ullis ſeruire duobus,

DE DEO HOMINE

S it lux, sit solus uobis pro remige certo.
 Q uo duce, non aliò post hac mens uestra trahatur.
 V ndique enim satis hinc cautum, & res cedit in ause.
 O mibus, hoc uno, nec tunc labor improbus ullus,
 I nfamis ue ardor uel opum mouet atralibido.
 S int ipse exemplo uolucres, piscesq; feræq;
 N ulla quibus seges est, nulla & quibus horrea curæ:
 E ti uiuunt tamen, & magno curantur alumno.
 N on nerose & flores crescunt, & gramma laeta.
 S plendidiusq; nitent rutilo Solomonis amictu.
 Q uamuis ille auro plenaq; superbiat arca?
 A tneq; nent tamen haec, & nulla ex arte renident.
 N atiuus color ex alto his & gratia tanta.
 V erum ò tam tenuis si tangit cura Tonantem.
 S ic ne adeò insanè mentis, fideiq; labantis,
 V os ipse arguerim, quod non maiora putetis.
 H umano generi, & longe meliora parari?
 S ic ne putem ignava & sordenti mole represso.
 V itia quod tantum, & meditati lubricat tantum,
 A ssiduis patinis soliç; inhibitis Iaccho?
 E rgo abfit, nectam uæcors uos obruat error:
 S uspicite, & sursum efferte ac protendite in astra.
 I nternos sanos oculos, & querite coelum.
 I ustitiamq; Dci, atq; hinc uota attendite uestra.
 Q uid sit opus, uidet actutum, & profusus amore est.

Vtq;

LIBER SECVNDVS.

V tq; huic iudicium addictum est, non uestra facultas,
 N on quisquam id temerè insanum sibi uendicet ause.
 I nferat aut damnum iniuste sibi conscius acti:
 P ar etenim mensura illum atq; iniuria plecket.
 T urpe est ophthalmio in lippo dannare salubrem
 S ordicem, & se languentem caligine cæca
 R idere, ac tantum non cuitasse periculum.
 D issimulare trahem in se, incautiç; sodalis
 O ffendi palea, quis non deliria dicat?
 V easanum quippe infame est, tribuisse prophanis
 E t sanctum canibus, que nempe remordeat olim
 D elinquentem isto & lymphatum crimine culpa:
 T urpe sues conche foetu foelicis honorem.
 S ordentes non gemma decet rictusq; ferinos.
 S ancta manent sanctos, nisi dis committite munda,
 D eq; Deo reliqua expetite, & sperate cupita:
 I nscius auersi ipse est, ignarusq; repulse.

V erba autem quando in suaus non sint satis altos,
 H is moneam uos exemplis non improba corda,
 Q uos uideo in cœlum iam niti, & uelle supernum.
 S i genitor nullus panem piscem' ue petenti
 C rudelis nato silicem, uel suggestit anguem:
 S iq; homo dat de lege homini, gratiusq; uicissim est,
 Q uid pater ille patrum, qui sancte cuncta gubernat?
 C uiq; subest ecclie & rerum reverentia prona?

D . . Qui pius

Qui pius est solus, qui uestrum languet amore,
 Quiq; etiam iniuris ingentia munera confert.
 Et superat Charites omnis, propensior usq;
 Num bellè neget unquam aliquid, fallat uero rogantes
 Heu misera, heu se gues animæ, securius ite:
 P oscite, et ino etiam iussi infinitate certæ,
 I ussi super uestra et cumulato fœnore soluet.
 Ne pigeat tantum ire uiam hanc, quæ sit licet arcta,
 Et scabri incessus, facile ut non itur ad astra,
 In nullo exitio est, uera et contermina uitæ.
 Mendaces uates, quorum olim uenerit ad uos
 Turba frequens, qui se Christum uerosq; prophetas
 Testentur, fugite, et iactantes uerba caute:
 Tantum opera, ingenitosq; malis aduertite mores.
 Non pariunt tribuli fisus, non spina racemos:
 Quæ bona quæ frugi est arbor, grato ubere sudat:
 Excidio mala quæ cunq; atq; obnoxia flammæ est.
 Num uafro fas eloquio est simulare fidelem,
 Magnificasq; in laudem operas reuocare Tonantis,
 Illius et tamen in nutum atq; inquirere leges?
 Quippe hoc non coeli sedes et regna mereri est,
 Non est ambrosias intraseduisse beatas.
 Verum his ueru miscris, quibus irridebitur olim,
 Quis procul esse uolam, meditantur ut improba tan-

v v
J E
A C D
I

I lle placet solus, nostris qui obtemperat orsis.

Cont.

C contentus uixisse Deo, nec se expedit ultra.
 Hi ic, solido qualis prudens sibi construit edes
 In silice, offensa nulla, nullo impetu cassas.
 C eu contra, qui non sancta hæc mandata capessit,
 Delirat, rigeq; domum committit barena,
 Casaram ad Zephyri efflaram, et torrentis ad efflum.
 Finierat Christus, socij comitantur euntem,
 Desiliuntq; iugo: turbe stupuere locutum,
 Qui se confessæ Dominumq; Deumq; professus,
 T alia, non alio instituit dicti, uite magistro.
 V t uero iam se omnes huic credere fidunt,
 Ne ue fluunt cassa ulla pio momenta fauore:
 Migranti infelix quidam porrigit tetra,
 Monstrosoq; lacer lepra (miserabile uiu)

T um se offert, et opem supplex his uocibus orat:
 C hriste potens author uitæ, exhibe: orq; salutis,
 S i libeat modò, siq; uelis, tibi summa facultas,
 Nec fallor, quod iam mundus late exuar ista.
 Non equidem id merui, libeat tamen, ut p; respondes,
 V t nullum fallis, nec quis quam implorat inane.

I lle hec, et se ostentans, se exoluit amictu,
 Intra mille, unum miseratus uulnus imbre,
 Et tacto omnipotens: Liber, inquit, mundus abito,
 Actum iactes tamen, et quod consulit aræ
 tor antique Moes de more, sacerdos

V isfatur; sua fintq; Deo quæ munera debes.

L atus abit, squamasq; exutus & horrida fenta,
V ere uelut serpens rediuita pelle renidet.

S ic nitide effulgens, iustos persoluit honores.

G audet & ad uiridem pariter, subitamq; iuuentam.

I nterea muros adeunt, portasq; Capernaas:

E t cum iam magis atq; magis crebrescat in ora

F ama hominum, & uenisse Deum uox insonet omnis

T ot beneficiorum cumulo, & tam grandibus actis,

Q uæ non ars, nec mundana hæc natura potis sit,

C enturio, spe iam attendens pia uota referre,

V ix ingressi humilis pedibus proneq; uolutus,

H eu domine, heu miserere orat, mihi uellitur acre

F ilius hac illac contortus, fidere iniquo,

N ec cessat, miserere oro, ne linque cadentem.

T um Christus, ueniam, atq; artus firmabo reuulso,

E t puer ad uota incolumis laetusq; ualebit.

Instituit ad subito Miles, Domine, haud mea tanti est,

N ec te digna domus: uerbo si iussiveris uno,

S at mihi saluus erit, uane scetiq; infitus algor.

S ub sunt ista tibi, tua præsto in sin gula uis est.

I pse etiam ut subsum, uigil & mandata subire,

S ichabeo certos, quibus ut libet ire, redire,

S ic facere, & non sic facere, est iussisse factum.

E t parent omnes, faciunt, abeunt, redeunq;.

Dic

D ic modò, dic ualeat tantum, & puer ipse ualebit.

M otus ad hæc, turbisq; nouu hinc memorabile noctis

O mnipotens, quem proficuum nil preterit unquam,

P orro (inquit) porrò, in toto non Israbel orbe

H uic aqua est comperta fides, at noscite & illud.

V os cuncti, quos olim ex me hæc audisse iuuabit,

Qua sol exoritur, quaq; est declivis ab ora

A ssurgent multi in coelum, et cum patre sedebunt,

C ui Iacob, cuiq; Abrahamas, & Isacius altis

E llati in solijs aderunt fulgore coruscí.

S ed regni electi plures his legibus orti,

S ultitia insana effreniq; libidine ducti,

I n tenebris acti misere, trudentur Auerno,

P loratus ubi perpetui, stridorq; perennis.

S ed tandem tu Centurio mihi quaq; fidelis,

I foelix, puer est ista tibi saluus in hora.

C redidit, & sospes puer illa inuentus in hora est.

T unc uero urbs grato Domini exhilarata regressu,

N ec letat unius quam Nays, quo pia natus

M unera iam ellatus sensit, matrig; reuixit,

C antantur paßim laudes, uox undiq; sua est,

E n qui languores, en qui mala ciuita repellit,

C oncrescit creberq; coit comitatus ad aras.

Quare altos in campos urgente tumultu,

L ittoras eversu tamen, assuetosq; recessus

D

5
Carpit

ES DEO HOMINE

C arpit iter, reclia, tranandiq; equoris ergo.

H ucubi peruentum, et mandauit transira parati,

R eiecius bellè scribi improbus haud rate sedet.

N am uitant impura humiles, simulataq; corda,

V entofisq; procul degunt, stulteq; superbis.

D iscipuli intrarunt omnes, nec profuit illi

D efunctum in patrem pietas, cum munere in omni

P rim a Panomphæum maneat reverentia numen.

E cce autem, ne cum medio natat a quore classis,

I nsurgunt pelago uenti, pugnantq; rebelles

C ursantes austris boree, furit aestus aquarum,

E xcutitur ratis, et rapido nunc uortice mergi,

E t nunc uia polo attollit, ferit æthera clamor

E ellatum, nec iam remis infraucta caterua

P roficit, aut alio nixu, stat dira procella,

E t fronde uires crebris in fluctibus horrent.

Q uid faciant? tum forte alta discriminis huius

S ecurus somnos carpebat puppe Magister,

H ac miseris amor infessum et pia cura retorquet,

C onnoda nec rupisse audent, blandamq; a ietem:

P arte alia instantis nutant formidine mortis,

T andem urget metus, et potior sententia uisahæc,

E xcutunt quasso somnos, miserere precantes,

H eu miserere, atra qui tempestate perimus.

T um Deus: Ah fidei exiguae, quid inane timetis?

Incidiq;

LIBER SECUNDVS.

59

I ncidiq; fugam uentis, tranquillat et undas.

M irantes illi imperium, atq; potentia iussa,

P acatum ad pelagus, uiresq; animumq; reducunt,

E t proram in littus uertunt, portumq; capessunt:

H ic Gadarenorum gentes trepidantia corda,

E t nullo rerum egregio moderamine regnant.

V ix autem puppe exierant, terraq; recepti,

(H orrendum uisu, nec non mirabile dictu)

Q uum pallens et barba immissa, atrisq; capillis,

E t squalens sordente situ, aspectusq; ferini,

F orma hominis respecta quidem, illuiesq; suprema.

E x antris monumentorum, cæcisq; barathris,

A d Christum properat suppplex, homo cognitus uno hoc

I ndice, cum precibusq; manus utrasq; tetendit,

R espiciunt pauidicomites, sic ille locutus,

D emumibus dudum oppressa exoluenteribus ora.

Q uid tibi nobiscum est, fili omnipotentis Iesu,

Q ui nos ante diem uexas, nondum æthera nactus,

M orte obita non dumq; humana prole renuua?

S ed placat, quod hinc iubeas excire paratos,

E t saltem huic patiare gregi incubuisse, nec obfis:

I ure eterim immundum quicquid sordensq; reatu est,

E st nostrum, et nostra aeternum exagitabile crinny.

H ac trepidans: atq; ostentat tum forte uagantes

P enè sues bis mille, iugis et uallibus illis.

Res

Rēs mira, infernis Furijs uix cesserat ausa
 O m̄ ipotens, ubi iam linqui mandasset anhelum
 P rotinus incubuere gregi, bis quinque cohortes
 Horrende, totidem miserum nam monstra premebant.
 P racipiuit decūlū porcos, & in æquore merſos
 D estituunt, aditū præcluso in munera uitæ.
 A d uſum ueriti moerent, fugiuntq; ſubulci.
 E t Gadare, & paſſim enarrant, remq; ordine uulgant.
 E gressi accurrunt ciues, urbs irruit omnis:
 N ec fecus, ac ſi forte olim fit magna coorta
 S editio, unde frequens hinc atq; hinc turba recurſet,
 D um ſibi quisq; timet, percrebreſcitq; tumultus.
 E t quanquam ad facinus mirum, stupeantq; ſedentem
 C omposito in cultu, & iam ſana mente loquentem,
 Q uimodò nec uincis domitus, nec compede dura,
 S ed ſe crudele excrucians, ſaxisq; retundens
 V iq; lacer, rupes tantum latebrasq; colebat,
 I nuiſus ſibi præ furijs, lucemq; perofus.
 A uerſi tamen, atq; nouæ formidine forſan
 I acturæ tacti (mentis dictamen auaræ)
 O rantes ueniam, Christum inde abſcedere cogunt.
 I nfelix hominum genus, & non uiuere dignum.
 T um uero accepti memor, & memorante malorum,
 G ratuſ in authorem uitæ, pulsiq; furoris,
 Q um Deus intrasset puppim, ſoluiq; iuberet,

Voluitur

V oluit ante pedes ſacros, & ſupplice uoce
 A dmitti ſe etiam in comitem famulumq; precatur,
 P reſto illi uigilem paſtus, dum uita manebit.
 N on tulit omnipotens, & miſſum fronte ferena
 I n proprios remeare lares, & patria teſta,
 S olariq; ſuos hortatur munere tanto.
 E rubuit nitide uir mentis, nec minus aequo
 P ropulſam fert talem animo, paretq; Tonati.
 N ec Gadare modo, ſed uico regionis in omni,
 T eſtatur laude immensa ſibi reddita uitæ
 C ommoda, perdomitam rabiem, fuſosq; tot hostes,
 I mmunes erebi fremitus, Christi auſſpice ſolo
 I mperio, quantaq; ſui pietate miſeratum eſt.
 N auigat interea, & Galilee allabitur oris,
 H orum opifex, atq; ut miſerari & parcere uenit,
 E t ditare inopes, & grisq; afferre ſalutem.
 V ixidum urbem attigerat gratam, ſedesq; Caperndas.
 E t uix præ populi ingressu ſe in teſta locabat,
 Q uum membra eluxa intortus, tentisq; lacertis
 C onuulfus puer, & nullo ſe poplite firmans,
 S ed ſtrato recubans patefacto ex tegmine miſſus
 A ſtit ante illum, fuditq; precantia uerba,
 I mplorans gemebundus opem, ſanosq; regressus.
 Q uid non firma fides & confidentia poſſint?
 I mplorabat adhuc, nec adhuc preſſo ore ſilbat,

Penden-

P endentem ut uidit Deus, intrepideq; rogantem,
 I n primis tua cassa tibi sunt crimina filii,
 D ixit: et ex illo puer est sine crimine factus.
 O furor, o sat pulsa Dei patientia nunquam,
 I nudere mali quidam, qui grandibus orsis
 T um forte astiterant, et sancte dicta loquutum
 B asphemum ueluti uera mente notabant.
 A t Christus cui nil clausum, cui peruia cuncta,
 C ui presens, cui prateritum presensq; futurum est:
 Q uorsum, inquit, Scribe has curas uer satis inane?
 N on leuius dixisse illi est, sint crimina cassa,
 Q uam dixisse, thororum tollas, et sanus abito,
 E t subito ferat ille thorum in columnisq; remigret?
 V it uero uos non lateat, quod numine possum
 C rimina quam libet et tristes dimittere culpas,
 T um tum inquit puero contorto. Surge, age surge,
 Q uoq; lubet strato assumpto iam liber abito,
 P rotinus exurgit ualide, et mirantibus illis
 T erga oneri subdit puer, et celer inde remigrat.
 L audatur pietas summi bonitasq; Magistrorum,
 N ec supereft locus inuidie, probrisq; malorum.
 H is actis, numerus tandem ut confiseret auctus
 H eroes ad biffenos Leuiq; vocaret,

E xistit: et solitam in ripam, pelagiusq; suatum
 R ecta iter arripiens, quae exercebit Teloni

Mos fue-

M os fuerat, transit: respondent omnia uotis.
 I pse etenim instruitur pariter comitatus eundo,
 E t celebris turba, et quæsitum forte sedentem
 S euocat inuentum, qui sponte in singula pronum
 O ptantem parere offert, quocumq; uocetur,
 F oenora ne ue ultrâ aut debentia nomina curat.
 Q uid nequeat firmatum odium, rablesq; nocendi?
 V entum erat in reditu ab ripis et ab æquore grato,
 A d ualua lecti comitis, nuperq; vocati,
 I nstructi stabant abaci, mensaq; nitentes,
 C um reliquis subit undenis accumbere Christus,
 L eui epulas succinctus ouans et prandia defert:
 T unc, qui olim socio forsitan sic more solebant,
 S ucedunt alij referata in tecta Telones,
 S ucedunt multi infames, cepulisq; recumbunt,
 D ifcipulis temere immisi, et sub sellia complent.
 E cce superueniunt, iam discubentibus una,
 L iuore infenso pallens Pharisæa caterua,
 E t critici Scribe inconsulti, et inane tumentes.
 H i, medium ut Christum inspiciunt discriminic nullo
 P erstare, atq; ultro coniuas ferre prophanos,
 P rotinus exarsere animis, fremitusq; dedcre,
 T axantes sanctum officium et memorabile factum,
 S acrorum ignari et diuinæ mentis abyssi:
 C um solis sit opus medico languentibus agris,

Sit q; De-

S itq; Deus misereri ortus, nec perdere quenquam;
 D elirosq; omnes reuocare in lumen tua.
 T alibus infanos morsus rabiensq; repressit
 S cribarum omnipotens, obiurgantisq; caterue.
 H inc & se uertens ad praecursoris amati
 D electos, qui tum gemini conuiua lauta
 L ustrarant demirati, praestantia corda,
 H eroes primos non per ieunia ferri,
 Q ui iuuus ex phariseorum uenerabilis est mos:
 N on luctus decet in letis, non (inquit) amantur
 A d nitidas sponsi ieunia pallida quadras.
 I ndomitus neq; enim assuitur, gratium ue cohæret
 S culpone & eroe pannus, nec turgida uino
 C hianouotute admittit iam testa debiscens,
 S cinditur inde etenim facile, exutumq; patescit:
 H inc patulis scateant rimis uirosa fluenta.
 E st sua lex, certusq; modus, quo cuncta perennant,
 L ongius et nil conficit nisi foedcre firmo.
 V erum o uos moneo, currunt properantia fata.
 T empus erit, nec longa mora est, quo Sponsus obibit,
 Q uoq; haec leta dies tristis soluetur in umbras,
 T unc non iam leti, nec mensa hac hubere degent,
 P lorabunt sane miseri, & ieunia amabunt.
 T alia dictabat, tum in se se quisq; resedit,
 Q uid uellet meditans, quoq; alta exordia tendant?

Verba

V erba sub haec nihil atq; ultrà scilantibus ullis,
 E t dapibus iam consumptis, mensisq; remotis,
 I ntrat laetus, supplexq; exorat ademptæ
 R estiuu uitam natæ, quæ munera tactu
 P esse illum sperat solo: tunc nec mora surgit,
 I nsequiturq; uirum, turbe comitantur cunctem,
 P ars contenta Deo, & sacris subsistere iussis,
 P arsq; frequens expectatæ nouitatis amore.
 C um uero haud cessans flueret de corpore sacro
 O mni potens uirtus, tanti ut quandoq; necesse sum est,
 C ogimur & pressi, confidentissima quædam
 S anguinis effluvio bis sex lassata per annos,
 C erta quidem, quid nam potis est huic fimbria tafla,
 V t uenientem audit, tantum ex spes inde salutis:
 T um solers speculata locum est, quo tangat iturum:
 F oelix certè ausum, sua quod fiducia complet.
 C lam commissa uiris, à tergo huic pallia tangit,
 E t subito salua cuadit tum flumine sicco.
 F omineos astus Deus, haud obstante tum ultu
 P ersonis, laudatq; fidem, faciuntq; refirmat.
 I nterea apparent ædes atq; atria nigra,
 A tq; ingens hic ducta cohors miserata tenellam.
 C lamores resonant alti, crebrisq; ululatus.
 N ec secus hic fletur, quād q; um olim tafla furore
 H erodis, Bethole infinitum pia frusta legebat.

E

vt

Vt uerum instantes pompæ, & qui funera curant,
 Viderunt Christum & lectos uenisse ministros,
 Tam magno comitatu illi obiecere cachinnos,
 Nec sferant conclamatæ redimicula uitæ.
 Ipse operi tamen infestens, contemnit inanes
 Derisus uulgi fatui, orbatumq; parentem
 Solando, genuis Salome hinc, Cepha & inde uocatis.
 Næsta locum ostentat coniux, quo nata iacebat,
 Fletq; suam conquesta rosam pallere repente,
 Et proprio nimium fato cecidisse ligustrum.
 Accedit dudum, & frigenti corpore tactam,
 Apprehensamq; manu uiuas reuocavit ad auras.
 Obstupuere omnes, mutescunt murmura uana:
 Letæ parens natæ mensas & fercula ponit,
 Procidit in genua, & grates persoluere dignas
 Tentat Iairus, lachrymæ oppressere loquentem,
 Nec uis par curæ est, superatq; ausa omnia factum.
 Discessit Deus, & solita hinc se intecta recepit,
 Conuenere duo cæci, quorum ipse misertus,
 Est saluis abiere oculis, ac lumine læti.
 Post hæc non collata minus sua gratia muto est
 Demone, lymphanti cui longa silentia rupit,
 Quanquam acri morsu & pharisæo murnure tactus
 Ista Beel quod molitur per numina magni,
 Inde iterum exurgit, sequeb; in aperta reuoluens

In male sana tumens dicta ac commenta malignæ
 Inuehitur, docet & regnum non stare rescissum,
 Daemonas & ruere adlatum, si forte futurum est,
 Quod malè diffideant, seq; extra tartara trudant,
 Pugnantes inter se odio, & ciuilibus armis.

Quando autem intentus miseris succurrere tendat,
 Acria sub monita haec pia non medicamina differt
 Languenti gratus cuiq; & pietatis egeno,
 Nunc mutum & surdum exoluit duro hoste repulso,
 Nunc dextra arentem curat, rabidoq; furori
 Contendens phariseorum, sancto admonet astu
 Sibbata non obstare pijs, et ferre quod urget:
 Admonet & legem non se se extenderet supra
 Posse hominum, nec posse audax frænare neceßum,
 Quod monuit mose a famæ, ieuinaq; plebes,
 Quodq; imitata cohors ausa est quum uulsi aristas
 Defessa incessu, & torrentem languida ad æstum.

Talia pertentat, commentus dogmata certa
 Aeterni solij turbæq; misertus amatæ,
 Delirantis, ouis ueluti pastore relicto,
 Bissemis mandat, miseris bene ut esse precentur,
 Electi qui tunc aderant, noua dona manentes.
 Ingenuere omnes, errabundeq; fidelem
 Ductorem orabant, ne semper decuia tandem
 Recellâ iret, uel præsenti deitate coacta.

SF inierant. Deus atq; illis est altius orsus.

LIBRI SECUNDI
FINIS.

DE DEO HOMINE

LIBER TERTIVS.

Tempus adeſt, lecti comites, quo munera gratae
Militiae, atq; insignie aucti referatis honoris:
V exilio ut uos sub tuto, et contendere certo
H inc norint omnes pilo, nec cedere pugna,
S ed superare animo inuicto, palmamq; referre.
Quare agite crissi, quis dehinc nostro auspice nutu,
Ampla operis, uerbiq; potens concessa facultas.
Nunc cœli infare imperium, et sperata salutis
T empora, iam ex orto pietatis vindice summo,
V ulgate, intrepidi, paſsimq; edicite terris.
Per uos fint ægri incolumes, et uulnera foedae
In sanum coeant non iam reuientia lepra.
Dæmonas excutite ab miseria, nec ferte prophanos,
Inuisum infensum genus, execrabile semper.
Sicut uestrum, clatis rediuua reponere saecula,
De eq; erebo reuocare atro sub luminis auras.
Sumi nostri haec comites, decora et monumenta triuphi.
Sumite sublimes quos impartimur honores.
Sed monco ut Dominum seruus non preſtat habendo,
Est prudens ſupratuum est, ne ſemita perme

Tritia

LIBER TERTIVS.

T rita olim horrefcat per uos, et in hospita fiat.
I fruhel adueni primum ut misererat ademptum,
Quod uecors legisq; date iam non memor ultra est:
H as et uos primum ite uias, ne uexetera regna
Quæratis, donec rediens uos ipſe reuifam,
Afflariq; sacris flammis feruentia corda,
In Domini auſura omnimodis magnalia linguis.
Tunc etenim tunc propulsis peragrange licebit,
Genitilesq; omnis monitos in tutu uocare.

V erum illis uæ uæfanis et corde proteruis,
Qui per uos experrecti, quiq; auſpice primum
P ace salutati sancta, non dogmata ueſtra
N ec uos excipient: his non modò non inerit pax,
S ed bellum aeternu, et Sodomam porro atq; Gomorrum
P cena olim minor afficiet, uertentibus annis.
O mine tunc ergo in diro tecta illa nefanda
E ffligite, excutite atq; pedes hinc puluere foedos.
I te igitur, cumq; haec gratis fint omnia ueſtra,
S ic date, ſic etiam gratis non uos decet auro
D itari, non argento, non ære uel illo.
Z ona imo nec opus uobis, gemino ue cucullo,
N c'ue pedum ferte incassum in uestigia certa.

V rgeat iuſſens tantum, et non craftina cura.
Quid dubitetis adhuc: ſua fors operantibus æqua est,
Sancta manent sancta audentes coniuua paſsim.

B 3 Cuncta

70 DE DEO HOMINE

Cuncta Deus curat, numeri qui conscius omnis,
 Quo uitam uel quisq; trahit passerculus autem.
 Vos modò non uincant mentis candore columbae,
 Quas odium nullum, nec felieus inquinat ardor.
 Non astu superet serpens, quem fallere durum est.
 Non moueant uæsanii homines, non terreat ullus
 Solticitus ue furor. iubco inò iterumq; iubebo,
 Erte odio, & damna iniuncti, timor omnis abesto:
 Quin durate etiam flagris patienter obusti,
 Vos plectet quibus ob nostrum gens impia nomen.
 Finis erit faustus, dulce & pugnasse decorum,
 Saggeret ipse author coeli, per singula præsens,
 Quicquid erit tunc dictandum, quidq; ore loquendum.
 Pugnandum est, ite impaudi, procurrite in hostes,
 Non obit hic anima æterno uictura triumpho.
 Perstate, est furor insanus, uæsania summa est,
 Aueruisse Deo, cui tantum est illa facultas
 Effudisse, atq; ipsam animam immersisse barathro,
 Qui facit has pugnas, qui præcipit optima facta h.ec,
 Est gladium mundo intendit, bellumq; cruentum,
 Solus honorari insistens, uotisq; uocari,
 Cui soli decorasse bonos in laude superba est.
 Finierat, surgunt cuncti, atq; inimica pererrant
 Impaudi loca, compositeq; ex ordine parent,
 Unde prior non illa ultra iam tollat amicos.

Fama

LIBER TERTIVS.

E ama pares, nec Piritbo uinel Thesea iactet;
 Nec memoret socij excitum sub funere Achillem:
 Horum etenim nusquam audita est tam feruida uirtus,
 Nec tam firma fides, nec par congressus in ausa,
 Et nullis minus intrepide est mors ipsa petita.

Interea indictas illi's lustrantibus oras,
 Ipsi locos remeat patrios, uiciniq; templas,
 Nec cessat taxare malos, & fatali minari,
 Ethsaidan nunc detestans, duramq; Chorazim,
 Increpitans nunc ingratam in benefacta Capernaam.

Tum tamen ardentes flammatus surgit in iras,
 Quum temere obuersi, contendentesq; proterue
 Ama quibus nibil est celebris, præclaraque uita,
 Perspicueq; excussa urgens sententia legis,
 Ignariorum poscent etiam, atq; ostentare quirunt,
 Quos contra Niniucm indignabundus, & autre
 Reginam citat, humanis que uocibus olim
 Vix animaduersæ grandes cauerere ruinas,
 Conuerseque Deo mores didicere pudicos.
 Taliter exclamans maiora in iurgia gentis
 Væsanæ, & pariter solidam in monumenta piatis
 Differit haud satis esse, semel præcepta subire,
 Vixq; inferni acie uerja se in castra referre,
 Sed tunc esse opus eniti, & quo mundior est mens
 Sic image perspectam certo confistere conto.

E 4

Nam

Nam mos est furiarum crebi, cœtusq; rebellis
 Oppugnasse iterum atq; iterum uariaq; phalange,
 Nec telis terrori ullis, et uincere uelle,
 A tq; dolis santi dominari et turpe cadenti.
 Nescio si aduenere sub hac fuit hoc tamen olim,
 Ad Christum uenientia a precursore ministri
 Demissi bini, scitari oracula certa
 Sit ne unus qui uenturus sperandus an alter?
 Agnitus ipse quidem fuerat Deus, agnus et insons,
 Et polo auditus quondam quo d filius esset
 Tollendam ad mundi culpam ortus: sed tamen uno hoc
 Haud magnum est; habuisse hominem, uenturus an alter
 Nec cui sit mirum hoc, cum mens labet et gra frequenter
 Est Deus exactum rerum sibi uendicet uni.
 Carecere deuimis tetro miser ille iacebat,
 Separata et semper pauitans ad fatalia propinquata:
 Nec comites taciti facile ad responsa manebant
 Viderat ut nunquam in felix Christi inclita facta,
 Alter atque illi auditor dictamina ad illa:
 Quin inquam monitis forsitan quandoq; suorum
 Suspensus, lectos non per ieiunia duci,
 Est sperare hilares paracletum in uota suprema.
 Ergo illos blandè affatus, miracula et intra
 Nam nunquam pia dextra uacat, sic ora resoluunt:
 I te, et que fieri auditis, coramq; uidetis.

Vifsum

V ifsum donari c. ecis, incedere claudos,
 Ad udire et surdos, nec iam sordere nitentes
 L eprosos quondam, et mendicis let a referri,
 Extinctisq; animam reddi, memorate Ioanni.
 Sed super hæc ferre illud item, longè esse beatum,
 Qui de me in nullo ambiguis, mihi cuncta reponit.
 Vix Deus hæc, properant ambo per gaudia lati,
 Laturos iam se certi expectata Magistro.
 Mirantur turbæ missos, et redditâ uerba,
 Nec tamen excusse: ueluti per somnia tantum
 S int uanis luse inuolucris, et in anibus umbris.
 Unde iterum lustratoris non immemor, inquit.
 Sapientius ex his cupide deserta per ampla
 Nec fallor certatum ipsum uidiisse Ioannem:
 Sed quæso, leuis est uobis num uisus arundo?
 An placuit forsitan mollem uestitus amictum?
 Mollicies cum nulla tame nescabra incolat antra,
 Est sentes caueat duros et inhospita saxa,
 Rediderim ex istis potius spectare prophetam.
 Verum auffim, haud quamquam mendax: supra ille pro-
 Indicatus mihi precursor, quo semita primum (phetâ est,
 Haec mea sulcata est, cui iam non gloria compar
 Ulla et intra homines, mortali esamine natos.
 Illius aufficijs primum, pugnant ibus ultrò,
 Hactenus occlusi coeli, didicere recludi,

E 5 vltimu:

V itimus et uatum est de me, nec iam uenit alter.
A udite, et surda non aure recondite cuncta.

H ec sic stant, sed cum supera qui sede locatur
V el minima, maior quippe et præstantior hoc sit,
Q uid demum uobis quis ceruix dura perorem,
O mnibus auer si pueri ceu mente proterui,
Q ui mœrent ad ridentes, flentesq; cachinnant,
E t cunctis aduersantur, nullisq; coharent?
V os nullum mouet exemplum in consortia sancta
I lle ad uos pallens longa in ieiunia uenit,
R isus et est, furijs ueluti phanaticus atris:
V enit homo Deus, et sedit coniuua Teloni,
I nstant officioq; pio, meritiq; decoro,
E xclamatur edax, bibulus, peccantiis amator.
V erum ipfi sat nunc illud, quod iustus habetur,
D ilectisq; suis prudens: unde usq; potentem
C ollaudat cœli dominum, terræq; marisq;
Q ui non haec tumidos, nec uult nouisse rebelles,
 E xcuitet rabidum, atq; ultra scuisse iuuaret.
 R elligio tamen ut constans ualidumq; timetur
 V irgineum nec morte illa mutabile peclus,
 E tu uidet hinc atq; hinc Christo se aduoluere gentes,
 D ißimulat rabiem, nec iam tibi dura minatur.
 E xilium indicit tantum, Pathinoq; relegat
 H ic ubi te Deus ille tuus persæpe reuisit,
 M ercurio non mentito tibi ab æthere missos
 S ollicitasq; suas curas per teclæ reuulat
 C olloquia, at tibi conspicuo sub lumine certa,
 V nde malis luctum æternum post fata minaris,
 A ddicisq; Deo æterna oblectamine signas.
 V erum ô, non iam mentiris dignissime uatum,
 E n Christus, tandem insanos ulciscitur ausus.

N

Ipsa

psatibi tam infestum hostem sua Romati rucide.
 Et turpi exitio æquati soluuntur honores,
 Nec uoluisse coli, delirus profuit ardor.
 Tu iam liber agis, sua iam te in uota reposcit
 Blanda tibi accurrens Ephesus, properantius ext,
 Te Drusilla manet, tua te deuote precatur,
 Te moritura optat, quid ni properantior ad sis?
 Sed bone, sed sancte ò diuuum, iam maxima certus
 Officia intendis, non te pius ille rogatus
 Excitat, aut ulla emoueat te tardior hora,
 Decretum est quid agas, per te Drusilla reuiuet.
 Vrbs ea tam sferet grandes contenta triumphos,
 Ut miris ex te preclara superbiet nolim.
 Ut tq; etiam leta amabit quod senior astra
 O re Dei accitus, superum comit, int coronas
 Conscendes, tecq; interea praesente fructur,
 Sic tua sic nobis faueant tam candida fata,
 A uertasq; Dei addictas mortalibus iras.

C ELEBRATIO SOLITUDINIS CAR
thusien, & est duobus Hugonibus,

Hymnus, ad Secundum Mo.

Quando Secunde sparsimus tandem nucc,
 Dudum relicto uoluolo pueris trocho,
 Nil fabelle mane somnum
 R eliquimusq; græculas licentias

Quibus

Quibus iuuenta pruriit frequens malo
 Quando uirilis admonet prudentia
 Et cana barba sauciat præcordia,
 S ueriores nec rubore nos decet,
 Redarguitq; turpe negligentia,
 Quando uacare seris proponimus,
 Ecce cogitamus imminens iam crastinum,
 Et texendum forsitan propediem
 Mortale corpus anxiu iugum bonis,
 Ut omnibus uel ocyus uel ferius,
 Unda fati pertinacis orbita,
 Semelq; liberand; mole mens gaudiest,
 Mens sempererna cui bibentur poculi,
 Et nectaris cœlestis mel, præ dulce mel
 Ordentior ni perditè deliquerit?
 Quid improbat orpibimus, discordia?
 Et quo ueterno turpe dormitantibus
 Quid est agendum quando simus exciti,
 Cessabitur quod instat eniti decus
 Et omnium sublime munus aggredi?
 Dudum Secunde præstat hoc probembi,
 Agenda uita hec est procul delirijs,
 Statq; accubandum cœlitum sub edibus,
 Icter uocatus annuat Trinus Deus.
 Quid obicit armis quin erit identidem libens

N

Aufie

A usis id ipsum certiore carbaso,
 S ecuriores quando puppe nauiges ?
 T u solitatem iam professus abditam
 C arthusiense sub iugum suauius
 I ucundiore gliscis auctus ocio
 M undana nec te distractabunt commertia,
 N on prodiga insolentius Superbia,
 N on rixa mendax, non libido opum tenax,
 N on affluens et lauta mensa pernecans :
 T umultuans uel improbe emulatio.
 T antum modesta uos habet frugalitas,
 Q ue labis austera perdomans seuerius
 N ibil supinum mollius ue fuggerit.
 N e solitatis ardor hinc deferueat.
 Q uo prorsus est diuina me ns Carthusia.
 V iris arbela claustra sanctis plurima
 C ultus seueri et ardui probauerim
 I n solo amore gratus ut labor Deo,
 N onnulla nudo queritant mensam pede,
 C omplura nuditatis huius inscia
 M endiciter iuxisse sponte deligunt.
 S unt Cenobitae multiformis ordinis
 S incera mens quibus, quibus fides bona,
 H is nuditas, et est grauis mendicitas,
 C arthusiensis grata nullis solitas.

Myfis

H YM NI 367
 M yfis opes queruntur in licentiam,
 E piscopis amantur edes splendide,
 F urit libidinosa cleri insania,
 D ifcriminofo militant periculo.
 A nn me secunde iudicem citas modò,
 S euerioris quem putas constantie,
 Q uo nuda prodit ueritas liberrimè ?
 T illat ut petulcior uoluptia,
 E tcuncta mundi labe scordent gaudia,
 C arthusiensis tuta grata est solitas,
 F rugalitatis uinculo modestior.
 A nn non Dco sic credimus securius ?
 S ic fit Deo dicata mens interior,
 E t saepe cum necesse sit quo plectimur,
 N ec nuditas amica nec mendicitas,
 S istat uel hilo uita, non sat huic nihil.
 S ibi relicitus si comes frugalitas,
 L iberq; prorsus omnibus negotijs,
 P roculq; nuditate semper anxia
 F it solitute amica homo cœlestior,
 F requensq; amore ineptis insolentius.
 D elirium quis appetat soecilius ?
 S uauius que mensa mel liguriat
 Q uo cogitatu forsitan sit unico ?

Mens prona fertur in Deum carthusia.

N

Mens

193. BAPT. FIAE RAE

Mens sancta, mens pudica mundi nescia,
Qui solitatis dulce Iesu uinculum,
Nondum uiriles natus ut Christus dies
Inculta eremis senta solus incolit,
Sic commonens hanc esse uitam coelum,
Mundana temnit omnia ut mens entheo.

O ergo diuum uera uite semita
Carthusæ beata sancta solitas,
Nunquam relictæ nec putanda solitatis
Qui Christus author & magister aſsidet.
Cœlestis alma ciuitas Hierusalem,
Bonis statuta patria & domus Dei.
Mirum beatis Hugo ſi his ſuccesſibus
Mundana qui peroſus haec discriminat,
Efomitis qui pœcaues proteruiam,
Quo per frequens humana mens relabitur.
Subimſtruis tot clauſtra ſolitudinis.
Tu non rogantem paſſus ultrà Teuthonum,
Sed feruidi iam concitis precordijs,
Rielecto & hinc ſedili ellati culminis
Occaſione labis inde ſubrata,
Proculq[ue] prorsus omnibus periculis,
Ancia emularis haec Deum diuortia.
Humana nec dignaris haec inania,
Sancta o superbia sanctaq[ue] amputatio.

HYMNUS.

199

Secunda uera norma restitutioſis.
Non ergo Pruno flagues quod Hugo te,
Recatur ultrò ſolitatis anxius,
Antifiti iam percito nil gratius,
Sceptena dulce in aſta fulgent lumine,
Superna mens ſic precipit utam parat.
Aude comes beate sancte Presbyter
In ſacra eremo dux future p[re]ſuli,
Iube, iugum ſubactus ultrò adiuerit,
Nil ſceptra, nil iam curat agnos creditos,
Remus huic eſt cura grata ſolitas.
Vt ſtullat hic perenne manna dulcius,
Habent ut hic perenne celi balsama,
Silentium fidele, iam perambulat,
Vestigijq[ue] allectus hinc cœleſtibus,
Requenter audet in Deum cunabula.

Diuina ſed quid non queat clementia?
Pafim ſuborta dulce fragrat sanctitas,
Spiratq[ue] odora uitæ ſolitudinis,
Reficit caterua ſolitatis anxia.
Huc Gallijs ex omnibus gens commixta,
Huc Italorum confluunt frequentia,
Currunt Iberi: nauigat Britannia,
Nec habitur mox longius iam ſeculum,
Et uabar ſu[er]gentius refleſcuit.

n 4

Emerſit

Secunda

Emergit alter Hugo, sidus alterum
Celeste missum dogma solitudini,
Hunc ipsa eremus, hunc stupescunt accolae,
Adorat orbis hinc et inde confluus.
A d te decus carthusium nunc uertimur,
Sic stridulam digneris Hugo, barbitum,
Nudata cuius emicat sic claritas,
Corruscans aura solitatis approba,
Vt iam procul mortalibus sis creditus,
Profum Deo simillimum te praedicant
Sermone miro et dextra in miseros pia.
Mirum decorasi uizet miraculis,
Mens alta tam reposata, tam recondita,
Tam fusa quem non arceat clementia,
Afflcta Christus absidet presentior,
Et solitate gaudet ut recognita,
Hinc supplicantes non anhelant irritum
Per te ualere languidos quis ambigat,
Per te suum dementibus ius redditum,
Et deici perspecta sunt deliria,
Inuenta quae non audeant mortalium,
Antistitem quis ergo non admiserit,
Rogante rege et indiga Brittannia,
Sic annuente uota in hac trinumine,
Quo foedus ictum semper insolubile.

Tudi-

Tu diruta Lyntoniae preponeris,
Tu lachrymas in leta uertis ocias,
O sancta uota sancta Christi accessio,
Palam remedit unde iam diuina mens.
Sic commones, quo fulgeant Episcopi
Quis creditur procella nauigantium,
Et fluctuantur sarcenda carbeta,
Hec solitatis instituta dogmata,
Carthasenfis haec charis subinstruit,
Qua prorsus amplio refluit pietas finu.
A more flagrat alma Patris sanctitas
In excitos anhelat ardor entibus,
Ad grande numen obstupefecit Anglia.
Sed duie Pastor iam suprema gaudia
Eundaq; instat uita sempiternior,
Iam morte liberaberis tot uinculis,
Pielatis unde feruido pro munere
Quic professus solitatis incola
Lynconiac; in ancio negotio,
Tibi fruendum dulce Christus apparat.
Memorq; tam feruentis usq; pectoris
Preclara quo dos emulsi confitit,
Suis ut in natalibus retorridos
Reges eos, et micans astrum tulit,
Sic sancte praeful funere in sacro tibi

N s

Astarte

Aflare reges imperat Brittannicos
Antiflitesq; illius orbis ultimi,
Eniam feretrum bauulant promiscui
Amoris, & par ardor omnes occupat
Collachrymantur, atq; adempto conciti,
Quo quo datur officio, student te prosequi
Pronuq; ut orbis undecunq; confluit
Te quisq; adorat, quisq; supplex aduocat,
At soletudo quis relucta hæreditas
Suo ut supremo numini ora commouent
Dime o tuorum sis memor fidelium,
Prasul decus Lynconie tam fulgidum,
Salutis ortum dogma solitarijs,
Carthusiensis Hugo normæ gloria.

GRATIAE HONORATAE GENTI-
 LI & Lauræ neptib; sub D. Helisabe Pan-
 nonica religionē professuris, & est
 eidem Diuæ Hymnus.

Feliciter, in tristis dulcis mihi cura senecta,
Et propè tam balanti blanda animo requies,
Quid precer hinc uobis supremo in munere uitæ
Quia satis extollam tam pia uota lyra.
Tam tenere non sunt ausa hec prægrandia mentis
Digna hec Clarali uel seniore fides.

Quatuor

Quartuor admirer, maior trieteride iuncta
 Vix duo lustra trahit, uix duo lustra minor.
Has intermed. & alternant sua filia sorores,
 O mnibus unde etas non nisi mollis eat.
Et tamen æque omnes, audito pectore nusquam
 H elisabes audent claustra inhibere Deo:
Pauertas ubi sit uoto, nec libera sit mens,
 V irgineosq; intra uita pudica thoros.
Quas procul aternum à patribus ieunia plectant,
 E t placeat soli peruigilasse Deo.
Vos e quidem mirer, fas nec uos fallere Natae
 N on leue ne conscient pectora uestra putem.
Quid tamen hæc toutes uerjætem temperarius ultra?
 O bstruit obdurus corda pudica silex.
Scilicet è celo uobis sunt nuna in firma
 F emineum hoc supra est filiolæ ingenium.
Anne insanus agar semper non né omne sancto
 O tu que maior, gratia dicta mihi es.
Non né et honorata ex ortu mihi dicta secunda es.
 G entilis ne tribus degenerasse queat.
Non posita incassum præsaga hæc nomina uobis
 L usitate his ueris estis in indicibus.
Laura quidem minor est natus, sed præ omnibus instat
 I mentamq; petit laurcolam intrepida.
O uere Dijs natae una, pariterq; petit

Notæ

N on ultrà hic precibus blanditijs ue locus
 S tant inconcussæ obtundas Marpesia saxa.
 M atris et ad lachrymas illecebras q; rigent
 D udum obdurasti, uestra hec mens amula pugnat.
 I ndespectam ultrò Pannonicam arbitrium est.
 P annonicam Reginam olim, claustralis anhelat.
 M ox uite hinc sceptro posthabitoq; uiro.
 A lius inq audens pollutam labe marita,
 P restare est animus uirginitate Deam.
 F elices Christi sponsæ, coelestibus oris
 A nsanto prorsus numine digna cohors.
 R oma tace exemplum mentiti cingula cultus.
 D cue clamq; Deo per uada lenta ratem.
 P rifica ea religio fallax mendacia sacra
 O rantii incestæ subdola cribra fauent.
 I lla Erebii infrenis furiarum turba subacta est.
 E tu acut infami Regia celsa loue.
 I mperat effusum uero de numine numen.
 R eligio in certo lumine nostra nitet.
 M irum si teneræ mentes in lumine uite,
 C hri to inhiant, uotis claustra perarci pijs
 D ucuntur sancto arbitrio, uigor entheus urget
 I nq suam intendunt precoqua corda Deam.
 V icture eternum Christo per gaudia summa
 P erpetuum Heliab. e dulce inganda cohors.

N on labor his ullus, uimclu his preducia cuncta.
 I n spes tam certas est onus omne leue.
 O animæ auspicijs certè felicibus ortæ,
 H ac (fateor) raris gloria uestra uenit.
 I mò au sim, et celi Dominam cui pectora casta
 C ui, quæcunq; animo est, uirginis ausa decus.
 H os ortus obseruasse, et natalia tanta,
 D emandasse pijs flaminibus Charitum.
 N ete salutares fusos in munera nostra,
 P recipua augendus uirginitate decor.
 D ixerat, intentæ peragunt mandata sorores,
 A stiit et præsens quattuor alma parens.
 S ic eia possessura coelestia tandem,
 F austum agite, at nostri sepe tamen memores
 D iscite nos miserari orem, qui perpetu fluctu
 H ic, intra ærumnas heu miseri obruimur.
 Q uaq; ope supplicibus fas est communia nobis
 E xorate etiam dona ea certa bonis.
 D iue tue Aesfizie, aspirat Paracletus alumnæ.
 T u quoq; tam sanctas, dulce sonu, has animæ.

BAPTISTAE MANTVANO CARME
litæ Ara. ad Ptolemæum
eius Fratrem.

Herois Ptolemæe aras iam numina nostri
Et sanctas poscunt pompas age tempora lauris
Cinctus honoratis accurras obuius umbris.
In cultus hos approparent communia uota
Iam uegetiq; Lucretianimæ magniq; Maronis,
Et Smyrnæ manes sacri, ex quæ secula diuūm
Romanae externa q; roge, felicia uiuunt.
Ipse humiliis myrrhis adolebo, ex perpetuæ flamma
Tum sanctum ad tumulum celebratum ad funus honores
Inq; inextinctos curabo halantia thura.
Tu modo tu uatum in tanta nil triste corona
Nec ue ausis, tam culta illis solennia fata,
Vt letum Paeana canunt, recinuntq; uicissim.
Vel gemitu uexasse uno, licet obruit urna
Quicquid te preter reliquum tibi, ditioni urna
Fratris, ad exuicias tanti felicior urna.
Quinimò hoc ipsis rapto letare trophyo
Inuidiæ putes tangi nisi solueris et tu
In commune bonum numeros, modulamine blando
Hoc decet, istam anet uatum par gratia mentes,
Hæc sacræ qui sita ipsis reverentia Musis,

Circumstant

Circumstant que letie omnes uenerabile fulcrum,
Et sanctum ad meriti patris caput oraq; gaudent,
Ilo etenim foedo è questu ex pruriginis atra
Labe renudata, tanbum consortia Diuum
Tantum casta sciunt, nec iam nisi dogma pudicum,
Virgineumq; sonant, procud omni sorde beatae.
Sicut clicit herois Ptolemæe hæc gloria nostri est.
Hæc laudes non mentitæ, non nomina uana,
Sic et tu sorte hæc felix tete execute tandem,
Ex choros ultrâ offendas hoc monere lætos,
Hæc patriam sine fortuna intumuisse suprema,
Qui iam nulla ultrâ tellus contendere unquam,
Sue soluta ambit, numeris seu forte superbit,
Sicut clicit hoc nemo melius non aptius ausit,
Quicquid religio, ex morum dictamina poscant
Dædala, quid rerum pariat tam prouida nutrix,
Quid Pater ingenitus, quidq; illi eadem una potestas
Ae ternum diffatus amor, quoq; ordine natus
Affit, et eterno num sanctuat omnia in eis,
Omniscium Deus omnibonum omnipotensq; necessarium,
Immensum Deus esse unum, Deus omnia trinus.
Non certe, hæc Ptolemæe humilis sunt ocia ruris,
Mendaces uerum cantus, non mollis Alexis,
Sunt uerum sunt indigetis molimina magni,
Sunt diuini ausus diuina, negotia certe.

Quare

Quare age, Carmeli colles, & virginis almae
Claustra finas, iure in proprios hinc ire triumphos
Hisq; meis pariter mecum succingier aris.

Hec mens certa Deæ, cui sunt sua munera cure
Et seruat honos cœtus hac uota superni.
Hoc patris edictum eterni est, immota uoluntas
Cuiuuiens ille eterno iam militat æuo,
Ceu nuper nobiscum astans per candida uota,
Seruit exutus scelus omne, insonq; pudicus.

Iam felix habitat nostrum sua sidera numen,
De cœlo nos prospectans uotisq; uocandum
Quod relquis merito annum res nunc munere Diuis;
Sic Ptolemæe iras nobis auertat iniquas,

MEDITATIO CVM SVIIPSIVS

Increpatione.

In quartus nobis & sexagesimus annus
Cras & erit forsan nostra suprema dies.
Tu tamen hic anima atq; illuc uiuenilibus aulis,
Semper ut es rigore mentis irane labas.
Effœta nec te uires tremuliq; lacerti,
Non rugosa ora, canaq; barba mouent.
Senim obit, interitus dudum iam quæsta senectus,
Tu tamen hos manes nil malefana facis.
Num sic cognata temnis consortia molis,
Et potes illius non doluisse malis?

Antibi

Antibi sensus bebes, surdaq; haec negligis aure,
Ceu referas ortus Caucaseosq; lares?
O anima à dijs es, sapis, & diuum illa subitur
 Mens nobis per te, uisq; tua est ratio.
Orbe sub hoc ratio soli tibi perpetue dote
 C redita, qua felix intumuuisse queas.
Quicquid molimur rectum, rectumq; uouemus,
Quicquid & hic uigore est, sensus & iste, tuum est.
Non igitur surda es, rude nec tibi pessima pectus,
Sic utinam cauti pectoris atua feras.
Iam resipice orem, neq; enim moritura iacebis.
Turpe quidem sit spes nequitiosa tua.
Si mea si miscro sis mens obnoxia fato,
Non obitus possis disimulare tuos.
Non risus cum morte coit, tu mollior usq; es,
 Et magis usq; salax, usq; petulca magis.
Nec delira quidem te sic insania uerget,
Quod properet cum mors, tu magis inde fluas.
Mortem erumna dolorq; præuent, quid gaudia fingas?
Gaudia non una sede dolor cœquabunt.
Non anima ergo peris, nec si perire esse necesse est,
Idq; tibi in certa conditione manet.
Tam cauta hos posses non formidare dolores
Iamq; in te uersa non trepidare rota.
Non risus, non mors iocus est, mors triste supremum,

Sifis

S i sis certa mori, non facile ultrò obearis;
 Ne fallare igitur monco, immortalis itura es;
 S ola dolet moles hæc tua, sola perit.
 C ui tamen et quæ sita obfit sua dira libido,
 Qua sine non fuerat dissoluenda leue.
 Q uanquam et tu persæpe illi mens officis amens,
 V nde et tunc ratio non sine labe tua:
 E xcubatrix illi, primo tu nata sub ortu es,
 N ec nisi recta quidem semita eunda foret.
 S ed quid tam grati nequeant connubia nexus,
 Ae grè ut nativus disimulatur amor?
 D ormitas quandoq; hæc q; indulgentia peccat,
 N eg mirum moles si tua peius habet.
 I psa est mentis inops, per te ruit improba preceps,
 C ura tua est illi, non nisi habena tua.
 E st scelus amentem properato perdere fato,
 H eu pudeat, nimis hæc cladis iniqua nota.
 A n puget et quisquam miserū huic quod funus anheles,
 V t citò celum adeas libera more deæ?
 S cilicet hæc optanda dies, fœlixq; facultas,
 C um dijs tam dulci pace perenne frui.
 V erum abſit, nec tam fatua hæc te amentia tangat,
 S ollicitet nec te tam malus iste furor.
 N ature non hoc anima est, non munus amoris,
 Ae terna in molis debita uincula tue es.

Et super

E t super hæc heu quo tendas? quæ semita curie
 N on hac ad superum limina surgit iter.
 S i sapis hæc tuamens non est, non auspice labe
 Ae ternum cum dijs uiuere posse putas.
 I pse illud uereor, quod stulte ut mollior usq; es,
 S ic cum mole tua stultius usq; labes.
 H oc uereor, peccas, et amata licentia fallit,
 S icq; incauta frequens in mala multa ruis.
 A nfors et sati quod sis immunis et expers,
 Hinc furis, hincq; magis te malus error obit?
 A hab tuum misera infelix oblita decori,
 Q uantum insana tua es conditione procul.
 M irum, si tunc tam rigua et tam perdita pruris,
 N ec pudet inde tuum sollicitare senem.
 S ed quæ nam misero sit spes in morte futura?
 Q ue tum te dire discrucient anima?
 A nnescis quod Sisiphius fert fama labores?
 E t quod Tantaleam non leuat unda sitim?
 A nnescis Radamanthi iras? ut torqueat igne?
 I nq; nouas poenæ ut iecur illud eat?
 A nfullor? mendaxq; illa est et fabula vulgi?
 N ec curant ulli iustitiam Superi?
 A nt ueliam hinc anima es preceps, nec territa peccabis?
 S ecuramq; oci nil mouet iste timor?
 H eu facinus, mentiū ausum, commenta nefanda,

O 2 Quæ

Q uæ nec fraus ausit, sauities ue uit.
 T am ne igitur demens uesanum hoc perdita sentis?
 S icq; tyramnum ausis, furem & iniqua probe?
 S ic placeant, cedis rabies, uiolentaq; bella?
 E t populata fera castra modesta manu?
 N ec non & placent uiolati iniuria lecti,
 E t quecumq; olet nequitia illa procax.
 N ec sferes astare Deos, qui uindice poena
 S erius aut citius tot malefacta premant?
 Q ui, ientes perdant, odia & liuentia multent?
 N ullum impune scelus qui superesse finant?
 V icisq; prophana tas uel sanguine leges,
 E t constare suo limite iura uelint?
 O exlex, excors ergo sic despis & tu?
 N on benefacta putas olim habitura bene?
 S ic perdis pietatem omnem, & concordia soluis?
 E t penitus non uis moribus esse locum?
 Q uid crudele magis, quo sit trucul. ntia maiors?
 H ac non confiterint conditio ne poli.
 E t quid sit uita tunc infælicius ipsa,
 I n pessum arbitrio si feror ipse malo?
 T unc artis monumenta & rerum deperit ordo,
 Quid numeri, & profint pondera, quid ue fides?
 Q uæ pater ab natu annosus commoda portet?
 C ur ferat effectæ nata parentis onus?

Natura

N atura, inuiso hoc astu uis perditur omnis,
 E t fratrum nulla est gratia, nullus amor.
 E t quod turpe magis, tunc fit reuerentia nulla,
 N ullus & extincta religione Numa.
 O mnia fert Nero pro arbitrio, furiit hosticus enjis,
 T unc sua res nulli certa, nec ulla quies.
 S pes ruat, infidijs uastus locus orbe futurus:
 D ic ubi, si dormis Arge, iuuenca tua?
 A ndatur, an' ne anima hac ulla est insania maior?
 S it amen hac constas improbitate anima.
 S ed puto, si ualidæ est mentis, si suspicis altum,
 Q uod tam uerordem non agat iste furor.
 Q uim ino confessa deos reuerenter adoras,
 I nfra dasq; malis, & loca celsa bonis.
 E t scelus h. aud impune finis fert prema virtus,
 V t Deus est recti iusticieq; tenor.
 S ic anima ô mea iam fungi es, sic opima constas,
 H acq; tenus non hanc poenitet iisse uiam.
 I amualeat quicquid molle est, quicquidq; pudendum,
 Q uis rigua est olim lusa iuuenta leuis.
 S unt Di, sunt dire ultrices, Numa tollitur insens,
 C ogitur infelix pendere iusta Nero.
 N on' ne uides, quot bella Italii in criminis lapfis,
 Q uamq; diu infamis uapulet ille furor?
 N on' ne u. d. s. to. iusticia iam signa severa?

O 3

Q uis

Quis tamen incusat tot malefacta sua?
Peccatur paſsim, ſequit uiolentia paſsim,
 Hinc amor, hinc pietas, perdiſta et inde fides.
Quid mirum ſi labuntur noua uulnera celoſ,
 S egnities tanti prodigioſa mali?
Cui medici cefſere boni, in magis aſpera fati,
 In crudele magis tam miſerum exitium.
O ſancto iurata odio uindicta Tonantis,
 Qua fremit numen omnipotensq; manus.
Non bumiles hinc tantum ipſi plectuntur Achini,
 Excruciat magnos acrius ira luis.
I modò tu, et darmes dilati occulta furoris,
 Suppensumq; odium defidiāq; Dei.
Scilicet eſt, qui cuncta uidet, qui cuncta gubernat,
 Queq; lubet ualida frenat agitq; manu,
Ne mea mens ſi tam manifesto in lumine cæca,
 Edifice et ſolitam percita defidiā.
Iam uigil accingare Deo, et properantius aude,
 Et nullum nobis cras ſupereffe putes.
Id certum, idq; tuum tantum, quod rectius atulum, eſt,
 Et Deus ingratis increpat uſq; moras.

AD

AD ROMAM DE LEONE DECIMO
 Pontifice Maximo,
 B. Fiæra.

CRedideram his hymnis Decimo placuisse Leonis,
 Menamq; hosq; ipſos laudibus extulerat.
Roma mones illum metiri munere certo,
 Gratias tibi, ſolitum, non placuisse fecio.

AD PONCETTVM
 Cardinalem.

An noſtros Poncette rogas, laudauerit hymnoss?
 E tnum donarit, papa Leo Decimus?
Nec ſcio, nec fas mentiri: laude extult ampla,
 E t ſi hoc donare eſt, dona ſuperba tuli.
 Mox petis ut bonus es, ſemper facis et mea magni,
 An fuerit per me forte petitum aliquid.
Nil petij, et lex ingenui, non iſta merentis,
 E t cui ſit dandum ſplendidus edidicit.

AD C H R I S T V M S E V I E N T E F E
 re per totam Italiam pestilen-
 tia, Oratio.

CHiſte homo fundator uitæ humanaeq; ſalutis,
 Iugib⁹ aerumnis, ſanguine, morte pia.
Heu que pestilitas? que iam ferat ſequit erim⁹?
Heu quo tam rabidum ſidere uirus hiat?

Mil nifi mortiferum ſpirat pallentior aër,

O 4 Terra

Terra negat uictum, paſſim animata obcunt.
Cbrisfe Deus, ſcelerum uindex, ultorq; nefandi,
A h pie in immenſum nos misere tuos.
A D C H R I S T V M O B R E S T I-
tutam ſibi ſalutem gratiarum
actio.

Cv i mater ſine labo ulla diuinitus orta eft,
E fſet in auſſicijs ut tibi nata Dea,
Christe, obita qui morte crucis tam funere diro,
V nde patet nobis regia celſa tua,
V nde patrocinio Aeftium mibi numen inuifum eft,
S tigmata & hac mentis ſunt monumenta pia.
Vt tibi ſeruata uitæ nunc debo hoñores,
S ic tua perpetuum me ſoueat pietas.
Nil iam ultræ exclamem, tibi ſit tibi gloria summa,
Morte redux per te uiuo, & adhuc ualeo.

A D I A N V M , R E S V R R E-
ctionem futuram.

Ha etenus aduersa fortuna & fidere iniquo,
V ix uita ualuit Iane Fiera tuus.
Et tamen ad bis ſeptem ortus ſe luſtra propagat,
Q uid ſuper huic ſperes? iam propè nullus erit.
Deſino debinc uanis te meq; urgere querelis,
T exta ſub exortu ſtamna finis obit.
Ne ideo Chriſtum, dāmmem, uel criminē amens,

Quod

Q uod premat inſenſa ſic malius uſq; manu.
T am temerè aufum abſit, donat ſua munera Liber.
Q uis ſeit, an aeterna hinc ſint mihi deliciae?
Q ualicunq; iugο ſubdar, patienter adibo,
N onne bonum tandem cum probitate coit?
S i quando furit, id noſtrum eft: at prodigus ultrò
E ft bonus immenſum, perpetuumq; pious.
Q uare age, fertō animo quicquid nos obruit aequo,
S itq; Dei in pacta ſp̄cs tua firma fide.
E ft D eus, eft certum prorsumq; immobile numen,
I n nos eternum p̄e pietate uigil.
H uic age quicquid agas, nec quis deliruſ adulet,
B landa nec auertant murura uile ſophos.
I mō age, et aegram animam ſolare, ut mole ſoluta
I n bonaſe ultrò tam maniſta citet.
Q uid uelit hoc potius? quid & hoc properantius oret?
S ape ſolet longæ poena ſubfēſſe moræ.
C ur uerum obdurat? graue certe eft corpore uelli,
P ugnat ut innata nodus amicitie.
C ommoneas olim redditum, & perpeſe nexus,
E xxitio terras quim dabit ima dies.
N edubitet pactum ad foedus, ſtet mente quieta.
N atura aeterna hec non ferat exilia.
P erpetuo in nuptu moles huic facta marita eft,
C ur neget aeternos illi anima accubitus?

Ω - Ε Warenas-

Illare nascetur uitæ huic in uelle perenni:
 Illi animæ æternum spiritus hæbet opus.
 Non secus omnipotens constet, ruere omnia cernat;
 Naturæ hæc uis est, hæc rata fata uolunt.
 Perpetuum letare igitur tibi compare uiua,
 Quia cum anima eternis sis fructura bonis.
 Omnia Lucreti, scurre commenta Epicuri,
 Et leuis hinc olitor Pythagoreus eat.
 Nec malus hinc quisquam incessat, fateare Stagira:
 Forma bonum æternum nonne requiret hylen?
 Connubium foelix quod tunc fas soluere non fit,
 Vt præterit celo mobilibusq; rotis.
 Hic nihil inconstans, nulla hic spes improba fallit;
 Nec mentita fides nos per inane trahet.
 Sese ultrò æternum cumulata hic gaudia fundunt;
 Cuiq; suo in uoto stat Deus omne bonum.
 Hic amor immensus, quo mens dulce aestuat omnis;
 Nec superest ulli uelle subinde nouum.
 Abfallax, ah mundi huius spes sobria nunquam;
 Hactenus at satis hæc, tu respisce anima.

HYMNO RVM
FINIS.

POMPONIVS LAETVS DE
GEMMINA BAPTISTÆ FIAERÆ
Mantuani foœtura.

Quæris delicias et pinguis ferula mensæ?
 Perfidæ uel Medi regis adito lares.
 Mille dabit, si mille petis tibi pagina luxus,
 Inuentis cedit nec Caracalla tuis.
 Aut quot nocturnis ponebat regia diuis
 Hælius aut quales diffare sorte dedit
 Ita linunt graciliq; placent malefana palato,
 Et docet carpunt prandia magna gulæ.
 Si cupis oblongæ traducere tempora uite,
 Accipe quæs promit Mantua sola dapes.
 Mantua dat numeros, uideas monumenta Maronis,
 Consuli humano non minus illa pedi.
 Semina disponit gemino Baptista nouali,
 Frugifer struitur coena diserta cibo.
 Contulit o quantum prædiues Mintius urbi;
 Prorogat hic animum, prorogat ille syram.

BAPT.

BAPTISTAE FIAERAE
Mant. de Cœna sua lectori
commonitio.

Quæ obsonij cuiusq; temperatura, & quæ uis,
Quod preſet ubi ciudē generis plures ſint for-
Quibus ſingula condituriſ parentur, (mæ,
Quibus membris eorum unumquodq; proſit, aut obſit,
Quæ cuiusq; menſa.
De reliquis uictui humano conducentibus,
Quo modo adhibēda ſint et quid eorū unūquodq; efficiat.
Orditur autem autor à temperatura & comiſſione ele-
mentorū, & à natura rerum operairice.

IDE M F I A E R A A D.

libellum ſuum.

Luentes quereris libelle morſus,
Ne cfers perfidiam æmulanis artis,
Quin mens ſubdola tot proteruientum
D epreſſa eſt tibi, nilq; adhuc ſubactum,
Et præcepſ tamē hinc paras receſſus,
Muſarum ad celebres ſuperbus aras,
Ne caues tibi dum places inane:
At tq; hac deſipis aſtimatione,
Contemptor monitus, preciſq; noſtre,
In quas perdiſti iuſtas Charybdes,

Quia

Qui uortex properet uoraginosus,
Ni tandem remora: uis acquiescas,
Intra patria ſcrinia ociojuſ.
H eus amens, nihil illud an putasti,
S pectatus medica quod undiq; arte,
I am tota tibi blandiente Roma,
D ifcumbas nitido ſupinus oſtro,
N ec libra tibi res labent iniqua.
E ft amplum tamen, eſtq; perbeatum,
A h liber reſipſce, commorare,
P rædico, maleſane poenitebit:
Quod uersus coéant tui, & medelæ,
Quod Phœbum mediciſ ſacrifcates,
C ommun: m ſimul aduocent parentem,
C eu qui numine polleant eodem
A duerſata, proteruiensq; plebes,
E t tam diſra libido tot medentum
I rrifum facit, improbis cachinnis
I rrideriabens & ipſe liuor,
L iuor ingenij lues beatis,
Quo prorsum miſeri pudenter algent,
I mpasti, laceri, boni poëtae,
H uius opprobrium perenne ſecli,
D amatum facinus bonis malisq;.
O bdurat malus, & peritioris

Nihil

Nihil proficiunt preces parentis.
 Quo ruis male pertinax, in equo
 Delumbiq; pede ast eat secundis
 A usis, Aonidum fauore felix,
 Et laus sit tibi summa sancte Phoebe:
 Esto carperit hinc ex hinc libellum
 Rumor perfidus, hic tamen superstes
 V iuet, et ueniet nepotum in ora,
 Qui forsan medico tuoq; uati
 Optarint reduces dies, negatos,
 Infelix morere, et perito liuor.

ELEMENTA MUNDANAЕ NATURÆ ADMINISTRICULA.

Sicca gelu torpēs terra est, calet uuidus aēr,
 Vida quidē minus est, et magis alget aqua.
 Cūcta calēt igni: si iūcta hæc quatuor, usq;
 Sol animet, rerum forma perēns erit.
 Concordi re liqua hæc genio pariuntq; founteq;
 Discordi uerum que peperere riunt.
 Hæc rerum est natura parens, hæc dædala nutritrix.
 Cui numeri et subsint pondera et ordo suis.
 Omnigenum huic caput innumeris scatet undiq; formis,
 Queq; suos sensus ora suborta ferunt.
 Hammoxum huic pectus, rorantiāq; hubera paſſim,
 Et foemora omnimodis foeta puerperijs.

Hinc

Hinc bipedes, hinc quadrupedes, aleq; uolantum,
 Que serpunt, que nant, tam pia mater dicit.
 Non memorem hic largo flauentes munere campos,
 Tamq; opulentia in nos commoda, totq; bona:
 Fœcunda parens æternum, æternaq; nutrix,
 Blanda parens, nutrix blanda, et alumna pia.
 Hæc mater, Deus huic autor, nutu omnia uersans,
 Liber in hæc Deus ut singula fertur amor.
 Omnipotens immensus amor, cui dextera larga
 Quam mage profusa est, tunc mage diuines agit.
 Verum heu, cur propera his uita, inconstantia præcepit
 Non quippe infelix conditio hæc superis.

LIBERTAS IN MUNDANA HO-

MINI PERNICIOSA.

Post ortus rerū atq; hominū, postq; indita mu-
 tot uaria in uitam munera, tamq; bona,
 In cuncta hæc hominem domina dignatus habet
 Ditat honorata conditione Deus.
 Quid faciet e malus hinc ne igitur sponte ultima obibit?
 Non libertas, ô uera pernicioſe.
 Non hoc imperium est, est intestina tyrannis,
 Quæſitum in ſe deproperum exitium.

Ficus.

LA be mala infamis qua tabuit improba primum
 Ut fama est, et mox inquinat Euauirum.

Vnde

Vnde genus humanum morte inde suborta,
Est gemit æterno cassa iuuenta die.
Mirum si tepe, & patrijs si mollit in ulnis,
Ferueat & ficus mox fitibunda magis.
Purpureas prestat candens uligine pingui,
Pluriut & hinc alitu cetera poma prebit.
Lectarrens facile fluida labetur ab aluo,
Nicomitem in mensa senserit esse nucem.
Internas siccata uias sordi & emula mundat,
Sed tamen impuro sanguine semper obest.
Et caput & scabrum pectus si leniet olim:
Hinc scabiem obmorso, si sapis, ungue caue.
Vt raga; grata parum est, sed si placet uisida turgens;
Ni sit sola cibus, sit tibi mensa prior.

Mala.

Sicut malum mihi, dulce magis, cum cetera paruo
Igne quidem madeant, nec mihi sana satis.
Hinc corda uista iuuant, sed uentri noxia turgent,
Et caput, & nervos non bene grata premunt.
Sunt mala, anhelantesq; crient mala omnia febres,
Vt mentia nitens sepius esca nocet.
Blandiri si forte gule somnoq; placebit,
Attala tosta iuuent, Appia cruda probem.

Pyra.

Brumali fitibunda cibo, tardantia uentrem;

Sint cor-

Cultimor iliacus, non edat ille pira.
Sunt cordis, sunt illa gulæ, cui fungus alendus.
Nec pipere et muljo mellé ue cocta nocent.

Persica.

PVtria rore sumus nimio, sed grata sub astu
Igni uentri, sumpta priore dape.

Mollia laxamus uentre, & siccata tenemus.
Nos timuit Persis, sed tibi blanda sumus.

Poma armenica.

Omnia eadem dicas quæ Persica, si tamen amplius
His corpus, nos haec aurea forma iuuat.

Pruna.

Vnt uarie in decora, et uarios paßim ausa in honores;
Cuncta tamen riguo pruna liquore flidunt.

Cuncta aluum referant, & prandia prima reposcunt.
Prestant Assyrio quæ rubiueri iugo.

Cerasa.

Vt nullus terna è Ponto poma attulit olim,

Et gelida, & cursus dulcia sunt subiti.

Siccant dulcicida, ignito gratissima uentri,

Condit adusta uorax acria sole cocus.

Hic aliud fluida arctetur, torporq; palati,

Hic sitis eluitur, quam gula docta coco.

R

Cydo-

Cydonea.

V *lualuem refrunt uix sicca cydonea brumam.*
F Hæc si melle coquas, mensa secunda probet.
 V ina primum, at uentri obsunt, neruoq; tumentii,
 S ed parco hausta cibo, ne fluat alius amat.

Fraga.

R aga teperit, & humum referunt humentia uernant.
F Tunc etenim molli cuncta te pore parat.
 N on ueniunt hæc ad coenas, neq; prandia compleant.
 Q uæ sita in solis luxuries saturis.

Olea.

T opescens olea exacuit, sed auara palatum
 V ix alit, arenem mollior aliis edat.
 I gne teperit, sed que uirides imitata smaragdos,
 F oeniculo atq; acido rore, sapitq; sale.

Arbuta, Sorba, Mespila.

A xos sorba tenens & mespila, & arbuta uentres.
L T am lento siccant hæc tria poma gelu.
 S ed caueas, dum sana uigent, nec corpore marcent,
 N onne frequens coeat, quod nitet, & quod obest?

Nux iuglans.

M vltimodæ riguere nuces, uerum unica iuglans
 N ux dicta est linguae quod nocitura tuae.
 Q uod stomachū atq; ardore premat caput improbasie.
 Mirum si noqua iuncta sit illa uiae.

(co.
Auelle)

Auellana.

S vntq; Abellinae, tibi sic Campania dicta;
 A ridula his minimum est, & minus esca calet.
 I nfelix capiti, stomacho grauis intumet ægro,
 N ec mirum, umbrosis nascitur in corylis.

Amygdala.

E st calida, & mollit dulcis, sed amygdala amara
 E xurit, mensas nesciat ista tuas.
 I liacum leuat, & tabem de pectore dulcis.
 Q uam bene distat: alit dulcis, amara necat.

Pistacium.

C vti torpedit iecur & renes, Pistacia proficit,
 N ec minus hæc stomachi coena senilis amet.

Pinea.

V ix siccо feruore sapit, pulmonibus orta,
 E t bene Pinea alit, tarda tamen coquitur.
 I ntestina fouet neruis, & commoda lumbis:
 S idicta est Cybeli, cur placet & Veneri?

Castanea.

O clusa hirsuto si forsitan humet echinio,
 M ox tamen exauctio castanea igne uiget.
 S ed uentrempiq; caputq; tumens offendere norit,
 N imadeat succo mellis arundinei.

Zizipham.

TE mperie ut frigent uida, sic Zizipha tuſim.
Craſſa leuant, crudo ſed caueas ſtomacho.

Mala punica.

PV nicasif dulcent, maduerunt, acria ſiccant,
Hinc hac pulmoni ſunt mala, & illa bona.
Cuncta nocent ſtomacho, ſed perdunt acria bilem,
C unctis ſi qua uenit menſa ſecunda uenit.
Sepe remor befcunt languentes dulcia paſti,
Tam uarijs unde eſt lotia ferre datum?

Cornā.

CO rna premunt ſtomachū, bruma non grata rigetis,
S ituus illauoret uenter, auarus erit.

Mora.

Aribus eſt gelidus, feruens eſt dulcibus humor,
Et uix mansa tamen dulcia mora putrent.
Acria durabunt uentreſ, ſed bile ſubacta
V eficæ pondus plenius excutient.

Vua.

SI dulcis, ſicq; apricis ſit collibus orta,
C ortice ſub ſicco feruida muſta feret.
Sed lege de cunctis que ſit preſtantior aurea,
N on inflat ſoles cæſa morata duos.
Bacche ſapit munus blandum, bene uescimur uia,
C ur uesciā tamen muſtere quæſta tuo eſt?

VV A

Vua paſſa.

PA ſſa iſcur ſtomachū, fouet, mihi prima Corinthi,
I liacum tepido grata liquore leuat.

Vua immatura.

QV id miserae complecti opulum, uel proderit ulmum,

Oſcīlīx labrusca tuis inculta racemis,
Quantum forte tua ſors minor iſta mea.

Non calco, nec dulce madet mihi debitus humor,
E t quibus orta fuī pectoribus noceo.

Atrepeto eſuriem, aſtringo, ſum noxia bili,
Malueram Baccho conſtituſ ire ſopor.

Labrusca, pruna ſylueſtria.

LA brusca iniuſſum uitis decus, acria pruna,
V imbroſas inter germina nata rubos.

Frigent, & bilem ſubigunt, cholera amq; coērcent.
G ratia quanta Ioui: nil ſine dote facit.

Vua ſpinea.

S1 t labrusca tibi, ſitq; immaturior uia,
S on tua in spinis unea gemma ſuis.

Bacca iuniperi.

IV niperi dos hac baccis, ſitiuntq; calentq;,
H as pulmo, has ſtomachus, proluuiesq; uorent.

Hæ uulue interitus adiunct, adiunq; dolores,
P utria ne ue obſint, haſ tibi gratus odor.

P 3 DACT.

Dactylus.

Pradulce atq; tepens pomum parit ardua palma.
Cui dedit apta satis nōmina forma teres.
Hoc caueas uel si candet, dulcedine perdit,
Sic cedet uinci nescia palma tibi.

Granamyrti.

Myrtea suffusos cohident si grant cruores,
Sunt siccæ, et leni frigore gratarient.
Quod bene olen, corq; his, reduiuuaq; forma renident.
Non ne Venus ueniet myrtus amata tibi?

Mala medica citrea dicta.

Me dic a mala sumus, siccæ quæ pelle calemus,
Quis bruma humenti non bene cocta caro.
Asper acet succus, referunt flos semina et ipsa
Et folium pellem, sic potuere Dei.
Tarda caro est, bilem succus, fistitq; fluores,
Cor minus hinc feruet, sed mage forma nitet.
Semina, flos, folia, et cortex torporibus obsunt,
Virus et binic tetræ pestis obire solet.
Sola tamen mandi uolumus, redolentior unde
Nos bona dic ueneris, non mala, nec medica.

Nerancia.

Proxima sunt citræ, dixerit nerancia Tusci,
Prestant pelle, minus frigoris humor habet.

Vertice.

Verticibus sunt hec niro gratissima odore.

Dulce sapit melius, pectoribus melius.

Si folia haud cures, equant, nisi citrea prestant.

Hac ueniunt mensæ commodiora meæ.

Si ad præmæ tenax folium, atq; ingentior arbos,

Sunt propæ succi idem, num Niro milatua hec?

Limonia.

As syrii pariunt etiam limonis campi,
Brumali hec succo uincere citrà putem.
Cetera subducunt, nec citrà uigoribus equant,
Vtnullo uarijs ordine dantur opes.

Triticum.

De euisis tandem arboribus, cerealia dona,
Nisi seræ tamen collige coena mea.
Triticea en fœlix mebis, iam flauet arista,
Si sit ruffa magis, si mage crassa placet.
Sicut turgidior, sic coena uidebere diues,
Hoc Cererem solo messor honore colit.

Farra.

Farræ tenet, et pulcti tibi si forte tenaci
Non placeant, mollem faccara' conficient.
Sic stomachū et pectus lenibunt, quād bene dictum est,
Saccara non ullos contemerare cibos?

Hordea.

S I ecagelu paruo modice sunt hordea coene:
F ebribus in calidis, pectoribusq; pares.
O cclusæ fibris sordi sua claustra relaxant,
T antum hæc, ne tumeas, quum fluit alius edas.

Spelta.

S Pelta etiam hic aſbit, grato tepefacta liquore,
C ui tribuunt primos hordea farq; gradus.
Q uid non peccatur? Spelta minus hordea proſunt;
E ttamen hæc auidis prima parantur equis.

Cicer.

A R eſcit cicer, et feruet, mige feruida laudo
A S ubnigra, pulmoni prima alimenta tuo.
H æc reduci forma et uocum concentibus apta,
S ed data ſint mensas inter utrasq; tibi.
H æc iecoris fibras, renes, tumidumq; liuenem,
V eficamq; fouent, et uenerem faciunt.
Q uum tamen ipsa uirent, turgent, at Tufcia mollis,
D ic cur ſub primis ille, uoras filiquis?

Cicerula.

T O rquet anhelantes precruda cicerculauentreſ,
E tf stomachum calido dura minore grauat.
C i cicer hanc præſtat, non ipſis aqua potefas,
E t dominis cedunt infima iure ſuis.

ROBI-

Robilia, Pifa dicta.

S I nt mihi dum ſiliqua frigent delecta recenti,
P ifa ſub æſtiuo prandia grata cane.
S ic ualeam, ſic proficiam: ſed amygdala ſuccum
S i:ulerit, ualeam, proficiamq; magis.

Faba.

V D apriuſ, faba mox ſicca eſt, at turgida ſemper,
S emper et affueſit ſomnia ferre mala.
F ræſa minus nocua eſt, cræſſos parit utraq; ſuccos.
A lbentem intactam gurgulione legas.
Pectoribus, laxeq; alio ſi comnodata quando,
N on grata eſt capiti, pulte placet podagre.
Q uid pipere aut celebri tentes condire culina,
V endicet hanc uilis cum ſibi ruſticitas?

Phafelus.

N E calidæ arentisq; trahat te mensa phafeli,
I nfirmo perdit turgida membra cibo.
S i rubra ſit, malis muliebria fortius effert:
S ed caue, ſi placide ſomnia nobis amas.
F it pipere atq; oleo et mulſo m'ra arte ſalubris,
A rs bona, qua gula ſit pinguis, et aucta ſalus.

Lens.

C A lda parum lens eſt, et ſicca, unde intumet alius,
T enduntur nerui, ſomnia et atra furunt.
I lla melancholico languori et noxia lippis,

P s Ni quan-

N*i* quando forsan sit ptisanata probe.
 C*ilicet extollat pelusa munera Nilus,*
 Quo magis huic addis dulcia, dira mage est.

Oriza.

C*um tepeas, uentre rem retinens & amygdala iungit*
 V*el lacte exposcat, siccata oriza magis.*
 T*unc pulmenta parit foecunda, at forsan inflata.*
 T*urgida nequitie promptior inde tue.*
 S*ed monco, solet illa diu feruere sub ora,*
 A*dde moram, & ueneri fiet, & apta gule.*

Miltumpanicum.

I*uni milium est uictus, uentre me tenentis,*
 S*ed stomacho obductum quum dolet antidotum.*
 H*aberior si lacte madet, molli ue liquore,*
 H*uic mensa at coena tarda tenacis erit.*
 P*anico liuor, nec non foecundior esca est,*
 V*t clarè exiguis dos opulenta uiget.*

Lupinus.

C*illa quidem inculta, sed uis mage sicca lupina,*
 H*ic coniuua tibi rustice durus eat.*
 I*n timeas potis est, pleno ecori atq; lieni,*
 E*t presentis opis renibus esse solet,*
 G*ratis sit natura tibi, non uillica cura,*
 C*onnata hunc tantum seruat amaricias.*

Vicia

Vicia, lolium, auena.

H*s poteram lolia et uiciam, et committere aueniam,*
 P*luramq; quæ nullo terra serente parit.*
 S*egnias sunt semper, nec carmine digna, nec hortos:*
 Q*uamq; renascentur, nulla ea mensa uoleat.*

Cucurbita.

B*rumalis succi, celerisq; cucurbita cursus,*
 I*n bilem prestat, sed male cocta tumet.*
 A*t quantum grata est, cuicunq; amissa secundat,*
 E*t mage adoptiuia huic quam sua forma placet.*

Cucumis paruuus, citrullus.

I*c iuuat humescens cucumis, gelidusq; citrullus,*
 S*v tremuli ardores cordis odore leuet.*
 N*e febris comitata tamen fit longa caueto,*
 S*i uenit a siduus ille uel ille cibus.*
 A*t bilem subigetq; stim, stomachumq; calentem,*
 M*aluerim medici quum calet arte coqui.*

Cucumis magnus.

N*tumuit maior cucumis, sitientibus agris,*
 I*v dior, & dulci pene tempore madens.*
 H*oc manso occlusæ fordes fortasse debifcent,*
 S*æpe uenenata sed dapis esse solet.*

Pepon.

V*arta tua hic sedes, poteras ubi primus haberis,*
 Q*uum tepeas dulci grata liquore pepon.*

Vesicaria

Veficam, & uentrem referas, ac praeuius ito
N e tumidus noceas posteritate tua.
Quæ grauior tibi noxa tamen, uel perdita sedes?
V el tibi, quod parca sint data uina manu.

Fungi.

B I ffenum in numerum forsitan sua nomina fungis
F erre liber posse, cura sed ista coci.
E st satis undenos putrentis dicere tabo,
F rigentiq; graues nec leuiore dape.
C umq; horum distent obsonia, Claudius edit
B olletum, & falsa coniuge lufus obit.
S i placeant, caueas scabri contagia ferri,
C umq; uenenatis putrida cuncta locis.
Quisq; malus stomacho, & capiti, caligine tetra,
N ec datus it cordi cena, sed interitus.
N iq; salutiferi medicamina pura falerni
C ombibus, urinæ protinus arcta uia est.
F unge uale, mirum pareris si nocte sub una;
S ic properant rapido pessima queq; pede.

Fungus Lyncurius.

VL timus exposcit primos sibi lyncis honores,
F ungus honoratas dignus adire dapes.
I gne suo, iecori, & renum est medicina lapillo,
V eficæ & ualue, grataq; mensa gulæ.

De lapide

De lapide hunc nasci magnum est, sed non minus illud,
I pse suum lapidem uix sibi natus alit.

Panis triticeus.

N o tantum natura tibi nunc cura libelle,
Q ua duce prisca tamen gens ea uixit annis.
V t glandis ut pasta fauos rude corpus alebat,
S atq; illi iniussi prandia ruris erant.
N unc uite, nunc et uentri cura addita maior,
A rte opulenta magis coena paranda tua est.
A rti mille manus, naturæ & ut amula tendit,
N on minus est solers, non operosa nimis.
T riticea de messe tibi ferat area panem,
Q ue rubra grana magis, & mage crassa terat.
N eue molas nec cribra tunc purgamina ad ima,
D octa sit hinc & mox uida coire Ceres.
P ituitam commissa adimant fermenta tenacem,
S al faciles aditus membra ad alenda paret,
S ic calet, & seu sit tencrè dure ue subactus
V incet secundo salgama cuncta cibo.
I pse uelim prima tenerum mihi luce reponi.
S i ualeam stomacho, gratus & alter erit.
A rs bona, quæ genus hoc & tu miserata caducum
P rotrahis, atq; aucta uiuere cogis ope,

PANIS

Panis non triticeus.

N'non triticeo sis grata, aut pane molesta.

A S at monita es iam tot coena legumimibus.

Vina.

H V menti bibe quum resident iam uina te pore;

A ntiqui calices nec noua musta placent.

E lige non laxos referantia candida postes,

S iccant nigra magis, et minus inde fluunt.

S itibi subrubro sint heluola grata colore,

S i modo sint olido munda sapore probem.

C ordaiuant uiresq; ferunt, et uina ministrant

L etitiam, modicis sed bibe sumpta cadis.

D ulcia alunt pectus, iecori mala, pessima uentri

D um turnet, at somnos et faciunt uenerem.

C ecuba, fumosoq; altum fragrantia uiro,

S ensibus et stomacho sunt minus apta meo.

F orsitam hinc Chiium potor, sperasq; Falernum:

N i frugi est, saltum est sobria coena mea.

Vina diluta.

S idiluta hument, et stusq; exuta potentes

S vina placent stomacho, sensibus orta putes.

Acetum.

M ordicus angustum pectus si torquet acetum:

M y entribus in fluidis, ulceribusq; malum.

Frigore

F rigore si neruos angit, damna ista rependet;

T orpentem stomachum si reuocare potest.

Sal.

